offert ei nauiculam, aliquo alio ſacerdote ſuper pelliceo induto
thuribulū porrigente, ꝛ legatus ſeu p̄latus imponit incenſū, ꝛ
ſtatim p̄latus eccleſie ſeu alius dignior incenſat ipſū p̄latū, ſeu
legatū ſtantē cū capite detecto more ꝯſueto. Deinde procedit
ad altare maius eccleſie: ꝛ ibi ſuper faldiſtorio ante infimū gra
dū altaris parato procūbit ꝛ orat p̄latus ſeu legatus. Interim
vero p̄latus eccleſie, ſeu dignitatē maiorē habēs ſtans in cor
nu epiſtole altaris verſus ad oratē detecto capite dicit ℣. **Pro
pterea noſter aſpice deus,** ℟. **Et reſpice in faciē Chri tui.** Cum
oībus ſubſequentibus ſi receptus ſit prelatus, aut legatus, epi
ſcopus, vel presbyter cardinalis. Si vero ſit diaconus cardina
lis, omiſſo ℣. precedente: dicit ſequens tantū ℣. **Saluum fac ſer
uum tuum domine.** ℟. **Deus meus ſperantem in te.** ℣. **Mit-
te ei dn̄e auxilium de ſancto.** ℟. **Et de ſion tuere eum.** ℣. **Nihil
pficiat inimicus in eo.** ℟. **Et filius iniquitatis non apponat no
cere ei.** ℣. **Dn̄e exaudi orationē meā.** ℟. **Et clamor meus ad te
veniat.** ℣. **Dn̄s vobiſcum.** ℟. **Et cū ſpiritu tuo. Oremus.** Oro.

**OMnipotens ſempiterne deus, qui facis mirabilia magna
ſolus, pretende ſuper hunc famulū tuū, ꝛ cunctas congre
gationes illi cōmiſſas, ſpiritum gratie ſalutaris: ꝛ vt in veritate
tibi cōplaceat, ppetuū ei rorem tue benedictionis infunde. Per
Chriſtū dn̄m noſtrū.** ℟. **Amen.** His dictis, cātores cantat ali-
quā aīaz eis magis placentē, de ſancto patrono eccleſie, cum
verſiculo de eodem ſancto. Et cum dī verſiculus, ſurgit p̄latus,
vel legatus: aſcendit ad altare, oſculatur illud in medio, pcedit
ad cornu epl̄e, vbi ſtās ad ipſum altare verſus cātat orōnē de di
cto ſcō: deinde ad mediū altaris reuertitur, vbi ſtans dat bene-
dictionē ſolēnē pplo, dicēs. **Sit nomē dn̄i bn̄dictū ꝛc.** Qua da-
ta facit pmulgari p vnū ex ſuis, ſiue ex beneficiatis eccleſie in-
dulgentias,

dulgentias, quas ipſe p̄ſentibus ↄcedit: deinde p̄latus eccleſie & alij, dimiſſis paramētis, aſſociāt illū vſqꝫ ad diuerſoriū ſuuꝫ.

¶ Ordo ad recipiendum Epiſcopum nouiter creatum.

Cum vero nouus p̄latus primo ad oppidum aliquod ſue dioeceſis veniens recipitur, loco orationis p̄dicte ſcilicet Omnipotens ſempiterne Deus, qui facis mira. dicitur ſequens. Oratio.

Deus oīuꝫ fidelium paſtor & rector: famulū tuū N. queꝫ eccleſie tue preeſſe voluiſti, propitius reſpice: da ei, q̄s, verbo & exēplo quibus preeſt proficere: vt ad vitā vna cū grege ſibi credito perueniat ſempiternā. Per Chꝛꝫ dn̄ꝫ nr̄m. ℟. Amen.

¶ Ordo qualiter recipi debeat epiſcopus, quando venit ad viſitandas parochias. Cap. 27.

Pontifex viſitaturus parochias ſuas cum ad oppida ſue dioeceſis peruenerit recipitur ꝓceſſionaliter eo ordine ꝑut ſupra in receptione prelati, ſeu legati dictū eſt, hoc ſolo dempto q̄ loco orōnis. Oīps ſempiterne deus, q facis mirabilia magna &c. ſeu Deus oīum fideliū paſtor & re. ipſo p̄lato añ altare in faldiſtorio genua flectēte, dr̄ ſequens orō.

Deus humiliū viſitator, qui eos paterna dilectione conſolaris, pretende ſocietati noſtre gratiam tuam: vt per eos in quibus habitas, tuū in nobis ſentiamus aduentū. Per Chriſtum dominum noſtruꝫ. ℟. Amen. Qua finita, poſtq̄ iter ſurgit, aſcendit ad altare maius, oſculatur illud in medio, & ibideꝫ populo ſolenniter benedicit. Deinde verſus ad populū ſedēs ibidē in aliqua ſede, ſeu faldiſtorio, vel ſtans apodiatus ad altare, prout ſibi magis placebit, proponit populo cauſas aduētus ſui: q̄ ſacri canones & eccleſiaſticus ordo hoc fieri precipiunt ꝓꝑ multa. ¶ Primo, ad abſoluendas aīas defunctoruꝫ. ¶ Scḋo, vt ſciat & videat qualiter eccleſia ipſa ſpiritualiter & t̄paliter gubernetur. Quō ſe habeat in ornamentis. Qualiter ibi eccleſiaſtica ſacramenta miniſtrentur, & diuina officia peragant. Quale ſeruitiū ibi impenditur. Qualis ſit vita miniſtroruꝫ & populi, vt ex officio inquiſitionis ſue, ꝑ eū ſiqua in p̄miſſis corrigēda fuerint, corrigant & emendent. Et p̄cipit fieri libros, & alia neceſſaria eccleſiaſtica ornamenta. ¶ Tertio, ad adulteria, fornicationes, ſortilegia diuinationes, & ſimilia publica in populo patrē-da, ad

da, ad quod interdū non ſufficiūt eccleſiarū rectores. Oſtendit diligenter populo ꝙ dānabilia ⁊ deteſtanda ſint crimina ipſa. ¶ Quarto, ꝓꝑ caſus, qui de iure vel cōſuetudine ad epiſcopum duntaxat pertinere noſcuntur, qui in cōſtitutionibus ſynodalibus cōtinentur, de quibus nullus alius ſe intromittere poteſt: Proteſtās plebi, ꝙ ſiqs, vel ſiqua in aliquo ipſorū caſuū, vel in quocūqꝫ alio cōſilio eius indiguerit, paratus ſit benigne audire ⁊ ꝯſiliū ⁊ abſolutionē impendere, ac penitentiā misericorditer iniungere ſalutarē. ¶ Quinto, ad exhibendū ſacramentum cōfirmationis, qđ nullus alius niſi ſolus epiſcopus ex diuina ⁊ apoſtolica inſtitutione dare pōt. ¶ Sexto, īducit diligēter populū ad penitentiam, ⁊ inſtruit in eccleſiaſticis ſacramētis, ⁊ in articulis fidei, ⁊ qualiter debēt declinare a malo ⁊ facere bonū, Fugere vitia ⁊ ſectari virtutes, Alteri non facere qđ ſibi fieri nolunt. His expletis fit populo ꝯfeſſio ⁊ abſolutio generalis, ⁊ indulgentia datur per pōtificē. Poſt hec pōtifex depoſita cappa, induit amictu, ſtola, pluuiali violacei vel nigri coloris, ⁊ mitra ſimplici: ⁊ ſtās cū mitra iuxta altare, verſus ad populū, incipit añam. **Si iniquitates.** Deinde cū miniſtris, ſeu capellanis ſuis dicit pſal. **De profundis. f. 264.** ⁊ terminet per **Requiē eternam.** Tum dicit totam añaꝫ. **Si iniquitates obſeruaueris dñe, dñe quis ſuſtinebit?** Qua dicta, depoſita mitra dicit **Kyrie elei. Chriſte eleiſ. Kyrie eleiſ. Pr nr.** qđ ſecrete completur. Et interiꝫ accepto aſperſorio cū aqua benedicta, terrā aſpergit ante ſe deinde impoſito incenſo in thuribulo ⁊ illo benedicto eodē modo incenſat. Quo facto denūciat. ℣. **Et ne nos.** ℟. **Sed lib.** ℣. **In memoria eterna erunt iuſti.** ℟. **Ab auditione mala non timebunt.** ℣. **A porta inferi.** ℟. **Erue domine aïas eorū.** ℣. **Requieꝫ eternā dona eis dñe.** ℟. **Et lux perpetua luceat eis.** ℣. **Dñe exaudi.** ℟. **Et clamor m.** ℣. **Dñs vobiſcū.** ℟. **Et cū ſpū tuo. Oremus.** Oratio.

**D**Eus, qui inter apoſtolicos ſacerdotes famulos tuos pontificali feciſti dignitate vigere, preſta, queſumus: vt eoruꝫ quoque perpetuo aggregentur conſortio. Per Chrm dñm noſtruꝫ. ℟. **Amē.** Deinde aqua benedicta, thuriferario, duobus ceroferarijs, Cruce, ⁊ clero precedentibus, ⁊ cantantibus ℟. **Qui lazaruꝫ.** cum verſu, ſupra **fol. 169.** Pontifex cuꝫ mitra erit ad cemeteriū, interim dicens cum miniſtris ſuis antiphonam.

Si iniquitates obſeruaueris dñe. ps. De profundis. folio 264. vſque ad finem cum Requiem eternam. ꝛ aña. Si iniquitates obſeruaueris dñe, dñe qs ſuſtinebit? Quibus omnibus dictis, cum fuerint in medio cemeterij, firmant ſe ſuo ordine: ꝛ chorus cantat ℟. Libera me dñe de morte eterna, cu; ſuis verſiculis, ꝛ Requiem eternam. fol. 164. Tum repetitur ℟. Libera me domine. vſque ad primum ℣. Interim dum ℟. repetitur, offertur per digniorem eccleſie nauicella, ꝛ per alium ex miniſtris thuribulum pontifici: qui imponit incenſum more conſueto. ℟. repetito, Chorus cantat Kyrie eliſon. Chriſte eleiſon. Kyrie eleiſ. Mox pontifex mitra depoſita cõuenienti voce dicit Pater nr. Deinde aſpergat ꝛ incenſat prout fecit in eccleſia. Quo facto dicit ℣. Et ne nos induc. ℟. Sed libera. ℣. In memoria eterna erunt iuſti. ℟. Ab auditione mala nõ timebunt. ℣. A porta inferi. ℟. Erue dñe aias eorum. ℣. Requiem eternam. ℟. Et lux perpetua. ℣. Dñe exaudi orationem meã. ℟. Et clamor meus ad te veniat. ℣. Dñs vob. ℟. Et cũ ſpũ tuo. Oremus. Oratio.

DEus, qui inter apoſtolicos ſacerdotes famulos tuos ſacerdotali feciſti dignitate vigere, preſta queſumus, vt eorum quoque perpetuo aggregentur conſortio. Alia oratio.

DEus venie largitor ꝛ humane ſalutis amator, q̃s clementiam tuã: vt noſtre congregationis fratres, propinquos ꝛ benefactores, qui ex hoc ſeculo tranſierũt, beata Maria ſemper virgine intercedente cum omnibus ſanctis tuis, ad perpetue beatitudinis conſortium peruenire concedas. Alia oratio.

DEus, cuius miſeratione anime fidelium requieſcunt: famulis ꝛ famulabus tuis oibus hic, ꝛ vbique in Chro quieſcentibus, da propitius veniam peccatorum: vt a cunctis reatibus abſoluti, tecum ſine fine letentur. Per eundem Chriſtum dominum noſtrum. ℟. Amen. ℣. Requiem eternam dona eis dñe. ℟. Et lux perpetua. Tum duo cantores dicunt ℣. Requieſcant in pace. ℟. Amen. Et mox pontifex eleuata dextra, pducit ſignum crucis ab omni parte ſuper cemeteriu;. Tunc accepta mitra per pontificem, reuertuntur omnes ad eccleſiam ordine quo venerunt, choro dicente ↄgruẽti voce ſine nota totu; ps. Miſerere mei deus ſm magnam miſericordiam tuam, cum ℣. Requiẽ eterna; dona eis dñe. ℟. Et lux ppetua luceat eis. Quẽ etiã põtifex ipſe dicit voce ſumiſſa cũ miniſtris ſeu capellanis ſuis:

nis ſuis: q̄bus dictis, ⁊ põtifice ad chorū aūt maius altare pueñ- to, Põtifex depoſita mitra ſtãs ibidē in medio verſus ad altare dicit Kyrie elei. Chrīe elei. Kyrie eleiſon. Pr̄ nr̄. ℣. Et ne nos. ℟. Sed lib. ℣. A porta inferi. ℟. Erue dñe aīas eor. ℣. Dñe exau. ℟. Et clamor. ℣. Dñs vobiſ. ℟. Et cū ſpū tuo. Oremus. Oro.

Abſolue, q̄ſumus domine, animas famulorū famularūq; tuarum ab omni vinculo delictorum, vt in reſurrectionis gloria inter ſanctos ⁊ electos tuos reſuſcitati reſpirent. Per do.

His peractis, depoſitis ſtola ⁊ plumali nigris, ſeu violaceis, ⁊ aſſumptis albis, poterit põtifex cõfirmare pueros, p̄miſſa monitione, ⁊ alijs ſeruatis, p̄ut in põtificali libro notatum eſt: aut, ſi placet, poterit põtifex illud p̄ alia hora vel die reſeruare, ⁊ ſucceſſiue alia facere, q̄ ſupra p̄poſuit ſe facturū. Expedita itaq; cõfirmatione, ⁊ bñdictis ornamētis, ſi qua bñdicēda ſunt, depoſitiſq; indumētis eccleſiaſticis, cõfeſſiones, deinde q̄relas, ſi que ſunt, audit. Tū de cõuerſatione cleri ⁊ populi, ac qualiter ſpūalia ⁊ tp̄alia in ipſa eccleſia miniſtrantur, ⁊ de libris ac ornamētis diligēter de plano īquirit. Peracta demū viſitatione illi⁹ loci, ⁊ oīb⁹ expeditis, cū diſcedere voluerit põtifex, in ſuo habitu cõi accedit ad eccleſiā: ⁊ ſtãs ante altare ī cornu epiſtole verſus ad illud dicit pſalmū. De profundis. 264. totū cū Requiē eternam. ⁊ añ. Si iniq̄tates. Deinde dicit Pr̄ nr̄. ℣. Et ne nos. ℟. Sed lib. ℣. A porta inferi. ℟. Erue dñe aīas eorū. ℣. Requieſcant in pace. ℟. Amen. ℣. Dñe exaudi orationē meā. ℟. Et clamor meus ad te ve. ℣. Dñs vobiſcum. ℟. Et cū. Oremus.

Deus cuius miſeratione anime fideliū requieſcunt, famulis ⁊ famulabus tuis oībus hic ⁊ vbique in Chriſto quieſcentibus da propitius veniam peccatorum: vt a cunctis reatibus abſoluti, tecū ſine fine letentur. Per eundem Chriſtum dominum noſtrum. ℟. Amen. Poſt hec diſcedit quo voluerit.

¶ Pronunciatio future paſche in die Epiphanie. Cap. 28.

¶ In die Epiphanie cantato euangelio, diaconus pronunciat futurum paſcha in hunc modum.






UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN


di e M. menſis M. Ca put ve ro qua dra=
ge ſi me e rit di e M. men ſis M.
Et nos cuꝫ fi de ⁊ pro ſpe ri ta te, ſe u a la cri ta=
te, ad il luꝫ di eꝫ ſanctuꝫ ⁊ ſa cra tiſ ſi muꝫ per ue ni re
ſtu de a mus: pꝛe ſtan te do mi no no ſtro Je ſu
Chri ſto. Cu i eſt honoꝛ ⁊ glo ri a per in fi nita
ſe cu lo rum ſe cu la. A men.

Antiphonę dicendę poſt completorium. Cap. 29.

Añę ſubſcriptę cantant poſt cõpletoriũ ꝑ totũ annũ ordine ſubſcripto. A primo ſabbato de Aduentu vſqz ad purificationez beatę Marię dicitur Alma redemptoris. A purificatione vſqz ad paſcha dicitur Aue regina cęloruz A paſcha vſque ad octauam Pentecoſtes dicitur Regina cęli lęta. Ab octaua Pentecoſtes vſque ad aduentum dicitur Salue regina. Antiphona.




illud


illud a ue pec ca torum mi se re re. Antiphona.
Aue re gi na cę lo rum. A ue domina
an ge lo rum: sal ue ra dix ⁊ porta, ex qua mundo
lux est or ta. Gaude glo ri o sa super omnes spe ci o-
sa. Ua le val de de co ra: ⁊ pro no bis semper
Chri stum ex o ra. Ana. Regina cęli lętare. fo. 266.
Sal ue re gi na mi se ri cor di ę. Uita,


Vi ta, dul ce do ꝛ ſpes noſtra ſal ue. Ad te
cla ma mus exu les fi li j Euę. Ad te ſu ſpi ra mus
gementes ꝛ flen tes in hac lacrymarū val le. Eia.
er go aduoca ta noſtra, il los tu os mi ſe ri cor-
de o cu los ad nos con uer te. Et Jeſum bene-
di ctū fructū ventris tu i no bis poſt hac exi-
li um o ſtende. O cle mens, O pi a


O dulcis virgo Ma ri a. ℟. Vir go ma ter
ec cle ſi ȩ, eterne por ta glo ri ȩ, eſto no b. re-
fu gium a pud pa trem et fi li um. O cle mēs.
℣. Vir go clemēs, virgo pi a, virgo dulcis o Mari a. Exau-
di pre ces om nium, ad te pi e clamanti um O pi-
a. Glo ri o ſa de i ma ter: cuius natus eſt ac
pa ter: Ora pro no bis om nibus: qui tui me-
mo ri-




¶ Tractatus computi ſummatim excerptus ex computo Reuerendiſſimi patris domini Guillelmi Durantis epiſcopi Mimatenſis, valde neceſſarius ſacerdotibus.

Q Voniam, ſicut ait beatus Auguſt. 38. diſt. Que ipſis. Sacerdotes cõputuꝫ ſcire tenent: alioquin vix in eis nomen ſacerdotis conſtabit. Sub quo uerbo notitiã curſus tpis lunę, ⁊ calẽdarij intelligimus: qm̃ cõputus eſt ſcientia certificandi tempus ſm ſolis ⁊ lunę progreſſum: Idcirco ad ſimpliciũ ſacerdotũ inſtructionẽ, de hoc aliqua claro cõpendio perſtringemus, prout ad vſum eccleſię dinoſcitur pertinere. Di aũt computus a cõputo, quia in ipſo cõputando procedimus, non quia in ipſo cõputare doceamur. Et eſt duplex cõputus. ſ. aſtronomicus, ſeu philoſophicus: ⁊ vulgaris, ſeu eccleſiaſticus: ſed de aſtronomico, nil ad pñs. Vulgaris computus eſt ſcientia diſtinguendi tempus certa rõne, ſiue ſcientia tẽporis diſcretus, ſm eccleſię vſum. Tempus eſt mora motus rerum variabiliũ: cuius partes decem eſſe dicuntur, ſ. annus, menſis, ſeptimana, dies, quadrans, hora, punctum, momentum, vncia, ⁊ atomus. Annus continet duodecim menſes: quinquagintaduas ſeptimanas, ⁊ diem vnum: trecentos ſexagintaquinque dies, ⁊ ſex horas ⁊ quędam momenta. Menſis cõtinet quatuor ſeptimanas, vel paulo plus. Septimana ſeptem dies. Dies quatuor quadrantes. Quadrãs ſex horas. Hora quatuor pũcta. Pũctum decẽ momenta. Momẽtũ duodecim vncias. Vncia quadragintaſeptẽ atomos. Atomus indiuiſibilis eſt: nam atomos gręce indiuiſio latine dicitur: Anni ergo ſolaris fere duodecima pars menſis eſt. Septimana vero eſt fere quarta pars menſis. Dies naturalis ſeptima pars ſeptimanę. Quadrans quarta pars diei naturalis. Hora ſexta pars quadrantis. Punctum quarta pars horę. Momentum decima pars puncti. Vncia duodecima pars momenti. Atomus quadrageſimaſeptima pars vncię. Cęterum duplex eſt annus. ſ. ſolaris, ⁊ lunaris.

## ¶ Incipit primus Tractatus de Anno.

### ¶ Quid ſit annus ſolaris. Cap. 1.

Annus eſt ſolis anfractus, cum peractis trecētis ſexaginta quinqȝ dieb. ſex horis, ⁊ quibuſdā momentis ad eadē loca ſyderū redit. Dr̄ ergo annus, qȝ mēſib. in ſe recurrētib. voluitur: ab an, quod eſt circū, ⁊ eo is: q̄ſi circulariter rediens. Annus ſm̄ diuerſos diuerſa hʒ initia: qm̄ arabes ⁊ egyptij illū icboāt poſt ſolſtitiū ęſtiuale. ſ. a ſeptēbri, pro eo ꝙ legit arbores in principio mūdi fructū habuiſſe: ⁊ qȝ hoc in ſeptēbri ꝯtingit, putāt tūc mūdū factū fuiſſe: ideoqȝ ibi incipiūt annū. Numa vero Pōpilius ⁊ Romani annū a ianuario inceperūt, ꝓ eo ꝙ tūc vel paulo ante ſol nobis incipit appropinquare. Judęi a martio inceperūt: qȝ in eo conditus eſt mūdus. Et ideo dr̄ ꝙ decimuſoctauus dies eius eſt primus dies ſeculi. Quos oēs quo ad aliqua computiſtę imitātur. Ipſi nāqȝ a ſeptēbri incipiūt r̄lares lunares, ⁊ emboliſmos, ⁊ epactas, ⁊ oēs annos lunares. A ianuario vero incipiūt aureū numerū, ⁊ quaſdā lr̄as dn̄icales: a martio regulares ſolares ꝯcurrētes, ⁊ quaſdaȝ lr̄as dn̄icales: put in ſecūda parte apparebit. Sane quidā moderni ob reuerentiā ſaluatoris computant annos a natiuitate eius. Alij vero ab eius incarnatione, i. annunciatione B. Marię: qn̄ illa dixit, Ecce ancilla dn̄i. ⁊c. ſtatim enim fuit Chriſtus deus ⁊ homo, ⁊ plenus ſpiritu ſancto.

### ¶ De diuerſis nominibus anni. Cap. 2.

Annorū alius eſt naturalis: alius vſualis, alius legitimus, alius emergēs, alius ſolaris, alius magnꝰ, aliꝰ olympias, aliꝰ luſtralis, alius indictionalis, alius iubileus, aliꝰ benignitatis, alius ęternitatis ⁊ glorię. ¶ Annus naturalis eſt cū luna ſoli opponitur: vn̄ ſol eclipſiȝ patitur. ¶ Vſualis ſiue tp̄alis ē, qui ſm̄ vſum hoīum ſuū initiū hʒ a ianuario vſqȝ ad ſequentē ianuariū. ¶ Legitimus ſiue cęrimonialis eſt, qui ꝯputatur ſm̄ lunationes ab aprili vſqȝ in aprilē. Aprilis. n. eſt primus mēſis apud hebręos. ¶ Emergēs ē, i quo aliquod magnū iudęis vel aliis ꝯtingit: a quo facto in illiꝰ memoriā annū incipiūt ꝯputare. ſ. a quouis die. ¶ Annus ſolaris eſt ſpatiū in quo circuit ſol 12. ſigna zodiaci: quē circulū facit, vt p̄miſſum eſt, in 365. diebus ⁊ fere ſex horis: fere dixi, ꝓꝑ q̄dā momēta, q̄ adijciūtur, ſicut īfra dicetur. Hę aūt ſex horę de q̄rto in q̄rtū annū faciūt vnū diē naturaleȝ biſſex-

biſſextilē: ⁊ annus iſte cōis eſt oībus gētibus: ⁊ incipit qualibet
die: ⁊ qualibet die finitur, trāſactis prędictis diebus. Et iſte po-
teſt etiam dici naturalis. ¶ De ſignis zodiaci. Cap. 3.

Signa vero predicta ſunt iſta. Aries, Taurus, Gemini, Cā
cer, Leo, Virgo, Libra, Scorpio, Sagittarius, Capricornus,
Aquarius, ⁊ Piſces: vnde verſus. Hęc ſunt ſigna poli, quę ſem-
per ſunt via ſoli. Eſt aries, taurus, gemini, cancer, leo, virgo. Li
braqꝫ, ſcorpio, chiron, capricornus, vrnula, piſces. Et nota ꝙ cę
li habitatio ſtat circulorū diſtincta zonis: Zonę autē ipſę ſunt
quinqꝫ: quę ideo zonę, vel circuli appellant: qꝛ in circunductio
ne ſpherę exiſtunt. Zodiacus autē circulus eſt, qui ex linearum
quinqꝫ angulis, ⁊ ex linea cōſtat. Rurſus zodia gręce dꝛ aīal, ſi-
ue ſignum latine: inde zodiacus dꝛ aīal, ſeu ſignifer circulus, ex
eo ꝙ in medio firmamēti ſunt duodecim ſigna per tranſuerſum
poſita, ęqualr per circulū diſtincta: ꝗ formis ⁊ nominibus aīa
liū deſignatur: qꝛ ſol intrans in illa ꝓprietates aīaliū quodāmo
do ſortitur: vel qꝛ ſtellę in ſignis diſpoſitę ſunt aīalium figuris.
¶ Signū aūt dꝛ duodecima pars zodiaci. Sol quidez intrat in
aliqꝺ de prędictis ſignis quolibet menſe in 15. calen. ſm eccl'am.
vnde in martio intrat in arietē 15. calen. aprilis: in aprili intrat
tauruz 15. cal. maij: ⁊ ſic per ordinē mēſium ⁊ ſignorum. ¶ Pri
muz igitur ſignum eſt aries, in quo ſol dꝛ eſſe factus: ⁊ in quo ſi-
gno eſt ſol circa principia veris, ſic dictuz: qꝛ ſicut aries eſt aīal
retro debile hñs ante aliquid roboris: ſic ſol in tpe. i. in princi-
pio arietis, habet debiles vires ꝑꝑ frigus eius fortitudinem mi
nuens: anteriora vero, quę ęſtatem reſpiciunt, aliquid fortitudi
nis, i. caloris habent. Vel ſicut aries in hyeme cubat in latere
ſiniſtro: in vere autez incipit cubare in dextro: ſic ſol ante illud
tempus moratur in ſiniſtro latere firmamenti. ſ. in meridie: tunc
vero intrat latus dextrum. ſ. verſus aquilonem. ¶ Secundum
ſignum eſt taurus, ſic dictuz, quia ſicut taurus fortior eſt ariete,
ſic fortioris eſt efficacię ſol in illo tempore quo ad nos, ꝙ̄ in prę
cedenti. Veruntñ ante eſt efficacior quaz poſt: ſicut taurus ante
fortior eſt ꝙ̄ retro. ¶ Tertium gemini, ſic dictuz, qꝛ illo tpe vis
ſolis geminatur: Incipit. n. eſſe calidus ⁊ ſiccus effectiue: Vel
quia tunc pręcipue res geminantur, ideſt multiplicantur. Aues
enim ⁊ aīalia fętum producunt. Vel ꝑꝑ geminos ſiue duos gra

dus, quibus ſub illo ſigno magis, ꝗ ſub alio ſol eleuatur a terra.
¶ Quartū cancer, ſic dictum, qꝛ cancer eſt aīal retrogradum, ⁊
ſol tunc retrogreditur diſcedens a nobis, cum pꝛius appropin-
quauerit nobis. ¶ Quintū leo, ſic dictuȝ, qꝛ leo eſt aīal crudele
⁊ ſemper febꝛicitans: ſic ⁊ tp̄s illud crudele ⁊ generans febꝛes.
¶ Sextum virgo: qꝛ ſicut virgo nil generat: ſic tp̄s illud ſteri-
le nil noui generat: generata tn̄ matureſcere facit. Eſt. n. tempus
canicularium dierum. ¶ Septimū libra, ſic dictū ab ęqualita-
te menſis ipſius: qꝛ ſole ibi exiſtente, dies ⁊ nox ęque pondera-
ta eſt: qm̄ tūc eſt ęquinoctiū autūnale. ¶ Octauuȝ eſt ſcorpius,
ſicut. n. ſcorpius venenoſus eſt ⁊ pungit, ſic tp̄s illud moꝛboſuȝ
eſt pp̄ inęqualitateȝ aeris. Eſt. n. mane frigus pungens: ⁊ in me
ridie caloꝛ vrens. ¶ Nonum ſagittarius, ſic dictū, qꝛ venatio,
quę per ſagittarios fit, pleruṇqȝ tunc exercetur, vel pp̄ fulgura,
quę tunc ſępe cadunt, quę italici ſagittas vocant. ¶ Decimuȝ
capꝛicoꝛnus. ſicut. n. capꝛicoꝛnus in abꝛuptis montibus, ſiue in
excelſis p̄cipit iis paſcitur, ſic ſol tunc eſt in altiſſimo gradu ver
ſus meridieȝ, vel ſicut capꝛicoꝛnus montes ſolet aſcendere: ſic
ſol tunc ad nos aſcendere incipit. ¶ Undecimuȝ eſt aquarius,
ſic dictū, qꝛ tp̄s illud aquis ⁊ ventis abundat. ¶ Duodecimuȝ
eſt piſces: quia ſicut piſcis eſt aīal aquaticum, ſic ⁊ tp̄s illud pp̄
multas pluuias aquaticum eſt, vel quia tunc aquis reſolutis tp̄s
eſt piſcationis. ¶ Uerum licet, ſicut patet ex pꝛemiſſis, ſigna ę-
qualia ſint ſm̄ aſtronomicos, eccleſia tn̄ illa nō ponit ęqualia.
nam qn̄qȝ plures dies ſunt in vno ſigno ꝗ in alio. cū vnus men
ſis plures dies habeat, ꝗ alius. Unde plures erunt gradus v-
nius ꝗ alterius ſigni. Gradus aūt dr̄ ſpatium, quo ſol motu ſuo
trāſit in zodiaco die naturali. Ex iā dictis facile ſciri p̄t in quo-
to gradu alicuius ſigni ſit ſol quocūqȝ die. ¶ De biſſexto. c. 4.

P Oꝛro dies biſſextilis, de qua dictum eſt, dr̄ biſſextilis, ſcd̄m
philoſophos, quaſi ex biſſe momentorū collecta: quod ſic
poterit compꝛehendi. Sol. n. in quolibet ſigno moꝛatur 30. die-
bus, ⁊ 30. trientibus hoꝛarū, ⁊ triginta biſſe momentorū: ⁊ triēs
eſt tertia pars alicuius rei ꝯſtātis ex tribus partibus: Biſſe ve-
ro ſunt duę partes, ſed multiplicatis duodecies 30. diebus ha-
bemus 360. dies, 30. trientes hoꝛarum ꝯſtituunt 10. hoꝛas, quę
multiplicatę duodecies, faciunt 5. dies, 30. biſſe momentoꝛum

continet

ꝯtinet viginti mométa ⁊ duo pũcta: ꝫ multiplicatis duodecieſ duobus pũctis hẽmus ſex horas ex hiis mométorũ collectaſ: q̃ de quarto in quartũ annũ cõſtituunt vnũ diẽ, q̃ dr̃ biſſextilis.

¶ Rurſum ſm Iſid. p ſingulos annos creſcit pars quarta aſſis: ac vbi quarto anno aſſis ꝯpleta fuerit, biſſextũ vnũ facit: ⁊ ideo p quatuor annos vnus biſſextilis adiect⁹ eſt. Dictus aũt eſt ſm eũ biſſextus: qr bis ſexies ductus aſſem facit, qḋ eſt vn⁹ dies. In quo loco calẽdarij poni debeat illa dies, his verſibus ꝯtinetur.

Biſſextum ſextę martis tenuere calendę.
Poſteriore die celebrantur feſta Matthię.

Hoc eſt dicere, ꝙ illa lr̃a, vbi dr̃ in calẽdario 6. calen. martij, debet poni dies biſſextilis: ⁊ tũc ſtamus ſiue ſedemus duobuſ diebus ſupra illa lr̃a: ſed feſtũ ſc̃i Matthię, qḋ dñt illa die celebrari, celebratur tñ in ſequenti, ita tñ ꝙ inter ipſuz feſtũ ⁊ vigiliaz nullũ ſit mediũ. extra de ver. ſig. q̃ſiuit. Nõ intereſt, tñ, vtrum ipſuz feſtũ in prima, vel ĩ ſc̃da die p̃dictarum duarũ celebretur: ſed regionis in hoc ꝯſuetudo ſeruet̃. Iſidoruſ dicit, ꝙ e ſexto nonaſ martij vſq₃ in diẽ calẽ. ianuarij lunę curſu biſſextus apponitur: atq₃ inde detrahitur. Si aũt volumus ſcire qñ ſit ann⁹ biſſextilis: debemus diuidere annos Dñi per quatuor, quoties poſſumus: ⁊ ſi nullus ſuperauerit, tunc erimuſ in anno biſſextili: ſi autem aliqs remãſerit, tunc non erit biſſextus: vnde verſus. Anni diuiſi Dñi per quatuor ęque Mõſtrat biſſextuz qua rõne ſcias. Hoc aũt verũ eſt ſm illos, q diuidũt annos dñi, incipiẽdo a natiuitate vel a ianuario: nõ ſm illos, q incipiũt ab incarnatione. Alia ẽt doctrina ad inueniẽduz biſſextuz ponet̃ infra: vbi de cõcurrentibus agetur.

Pro inueniendo anno biſſextili facilis modus.

## ¶ De quatuor temporibus anni. Cap. 5.

Tempora ſiue partes anni ſolaris ſunt quatuor. ſ. ver, ęſtaſ, autumnus, hyems. Dicta autem ſunt tpa a cõionis temperamento, eo ꝙ inuicem ſe humore, ſiccitate, calore, ⁊ frigore cõtemperent: hęc ⁊ curricula dñr, qr non ſtant, ſed currunt. Ver dictum eſt, quia viret. Aeſtaſ dr̃ ab ęſtu. i. calore: inde ęſtas quaſi vſta ⁊ arida. Autumnus a tẽpeſtate vocatur: qñ ⁊ folia cadunt, ⁊ oĩa matureſcunt. Hyems dr̃ rõne hemiſpherij: qr tunc ſol circulo voluitur breuiori. Unde ⁊ hoc tempus bruma dicitur: quaſi brachis, ideſt breuis: vel a cibo, quia tunc maior eſt veſcendi appetitus: edacitas enim grece bruma appellatur: Prin-

cipia aūt partium anni ſm eccleſiam his verſibus continentur.
Feſtum Clementis hyemis caput eſt orientis.
Cedit hyems retro cathedrato Simone Petro.
Ver fugat Urbanus, ęſtatem Symphorianus.
Id tibi quod reſtat autumni tempora pręſtat.
Hoc eſt dicere feſtū Clementis: q̄ eſt 9. calen. decēbris, eſt prin-
cipiū hyemis, ⁊ durat vſq; ad feſtū cathedrę ſcī Petri: tunc inci-
pit ver: ⁊ iſtud feſtū ē 8. cal. martij: ⁊ ver durat vſq; ad feſtū ſcti
Urbani: q̄ eſt 8. calē. Iunij: tunc incipit ęſtas: ⁊ durat vſq; ad fe-
ſtū ſimphoriani: q̄ eſt 11. cal. ſeptēbris: tunc incipit autūnus: ⁊
durat vſq; ad feſtū clemētis, in quo incipit hyems. In his qua-
tuor partibus anni triduana ieiunia celebramus: ⁊ ideo ieiunia
quatuor tpꝛꝫ appellātur. Ieiuniū veris eſt in prima ſeptimana
Quatuor tēpora ieiuniorum. quadrageſimę. ſ. in quarta feria poſt cineres. Ieiuniū ęſtatis eſt
in prima die mercurij poſt pēte. Ieiuniū autūni eſt in tertia die
mercurij ſeptēbris. ſ. in quarta feria poſt feſtum ſcē crucis. Ieiu-
niū hyemis eſt in quarta feria poſt feſtum B. Lucię. vñ verſ. eſt.
Uult crux, Lucia, cineres, chariſmata dia,
Ut det vota pia quarta ſequens feria.
¶ Fiunt ad hoc ieiunia in quarta feria: qꝛ Chr̄s a iuda traditus
eſt: ⁊ in ſexta feria, qꝛ in ea crucifixus eſt: ⁊ in ſabbato, quia tunc
apl̄oꝝ triſtitiā de nece ſaluatoris repñtamus: nā ſi cōpatimur
⁊ ꝯregnabimus. De ꝯſe. di. 3. cap. ieiunia. ⁊ c. ſabbato. Aduentus
autē dn̄i incipit dn̄ica proximiori feſto ſancti Andreę ante vel
poſt, vel in ipſo feſto.

## ¶ De ſolſtitio ⁊ ęquinoctio, ac varijs temporibus anni diuerſis nominibus appellatis. Capitu. 6.

Adhuc i anno ſolari ꝯtingūt duo ſolſtitia, ⁊ duo ęqnoctia.
Solſtitia in ęſtate, ⁊ in hyeme.
Aequinoctia in vere, ⁊ in autumno.
Eſt autē ſolſtitiū maxima inęqualitas diei ⁊ noctis: ſiue ingreſ-
ſus ſolis in capricornū vel cancrū: ⁊ dr̄ ſolſtitiū, quaſi ſolis ſta-
tio, eo q̄ tunc ſole ſtāte nō creſcunt nec minuuntur dies vel no-
ctes. Aeqnoctiū eſt maxima diei ⁊ noctis ęqualitas: qꝛ tunc ę-
quali ſpatio horarū ꝯſiſtunt dies: ſiue ingreſſus ſolis in arietē,
vel librā. Ubi aūt ſit locus ſolſtitiorū ⁊ ęquinoctiorum his verſi-
bus cōtinetur. Solſtitium decimo Chriſtum pręit, atque Ioan-
nem. Aequa crucis feſtum dat tempora martis ⁊ idus. Hoc
eſt

eſt dicere, ꝙ ſolſtitiũ hyemale eſt ante natiuitatẽ xpi decem die=
bus, vcꝫ 18. cal. Januarij. quo tpe ſol incipit altiores circulos pe
tere: ⁊ ſolſtitiuꝫ eſtiuale eſt ante natiuitatẽ Jo. Baptiſte totidẽ
diebus, vcꝫ 18. calen. iulij: quo tpe incipit ſol ad inferiores circu
los remeare. Vñ eſtiualis ſolſtitij dies maximus, ſicut ⁊ hyema
lis dies minimus inuenitur. Sed ſm egyptios hyemale eſt 12.
cal. ianuarij. ſm grecos 11. calẽ. Aeſtiuale vero ſm egyptios 12.
cal. iulij: ſm grecos 11. cal. ❡ Iteꝫ in feſto crucis, vel ſm alios
12. calen. octobris, eſt equinoctium autumnale, ⁊ vbi dr̃ in calẽ.
idus martij: vel ſm alios 12. calen. aprilis eſt equinoctiũ verna
le. Olim. n. annus in duas partes tm̃ diuidebatur, ſcꝫ eſtiuale, ⁊
hyemale ſolſtitium: ⁊ in duo hemiſpheria. ❡ Magnus autem
annus cõpletur reuerſis planetis oib⁹ ad loca ſue creationis,
qđ fit annis non paucioribus 430. ❡ Mundanus vero annus
erit oibus ſtellis ad prima loca reuerſis, quod fit demuꝫ poſt 15.
millia annorum. Magr̃ dicit in hiſtoria Geneſis, vbi agit de
ebrietate Noe, ꝙ magnus annus impletur ꝑ curricula ſexcen=
torum annorum. ❡ Aera, qua vtuntur hiſpani ſingulorum an
norum eſt ꝯſtituta a Ceſare auguſto: qñ ad primum cenſum or=
bẽ deſcripſit. Dicta eſt autẽ era ab ere: ex eo ꝙ ois orbis es red
dere profeſſus eſt republice Romanorum. Prius autem fuerunt
indictiones: poſtea ere. ❡ Olympias ꝯſtituta eſt apud grecos
in Elide ciuitate, Elijs agentibus agoneꝫ, ⁊ quinquennale cer=
tamen, quatuor medijs annis vacantibus: ⁊ ob hoc tps Eliaci
certaminis olympiadem vocauerũt, quadriennio in olympia=
de ſupputato. ❡ Luſtrum eſt penteſium. i. quinquennium, quod
quinto anno dr̃ condi ꝑ olympiades. Romani nondum erant
cõſules neqꝫ ere. Quinquennale quidẽ tps ideo ſic vocatum: qr
cenſu ꝑ quinquennium in republica peracto vrbs Romana lu=
ſtrabatur. ❡ Apud Romanos eſt annus indictionalis: q ter q=
nos ꝯtinet annos, vt infra dicetur, ⁊ premiſſuꝫ eſt. ❡ Apud he=
breos eſt annus iubileus. i. remiſſionis: qui ſeptenis completis
annoruꝫ hebdomadib. celebrat. ❡ Apud chriãnos eſt ann⁹ be
nignitatis ⁊ grẽ, i quo Chrs venit, ⁊ nos ſua benignitate rede=
mit. ❡ Apud ſcõs cõprehenſores eſt annus eternitatis ⁊ glie: i
quo exultabunt ſcti in gloria ſine fine. ❡ Rurſus ſcla gñationi
bus cõſtant: ſic dicta qr ſequuntur: abeuntibus. n. aliis, alii ſuc=
cedunt.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

cedūt. Hoc tps quidē quinquageſimū annū dicunt: quē hebrei iubileū vocant, vt iā dictū eſt. Et ob hanc cāz hebreus ꝑp vxorē ⁊ liberos amans dn̄m ſuū aure pertuſa ſeruitio ſubiugat: ⁊ ſeruire iubet ſeculū .i. vſqȝ ad annū quinquageſimū. ¶ Etas autē plerunqȝ dr̄ pro vno anno, ⁊ pro ſeptē, ⁊ pro centū, ⁊ pro quouis tpe. Unde ⁊ etas eſt, quod de multis ſeculis inſtruitur: ⁊ ideo dicta eſt etas, quaſi ſimilitudo eui: nam euū eſt etas ꝑpetua: cuius neqȝ initiū, neqȝ finis noſcit. Deriuatū eſt aūt euum ab eonos: quod apud grecos aliqñ ꝑ ſeculo, ⁊ aliqñ ponitur pro eterno. Proprie vero etas duobus modis dicit: vȝ hoīs, ſicut infantia, iuuentus, ſenectus. Aut mundi: cuius prima etas eſt ab Adam vſqȝ ad Noe: ſecunda a Noe vſqȝ ad Abrahā: tertia ab Abrahā vſqȝ ad Dauid: ⁊ quarta a Dauid vſque ad tranſmigrationem Jude in babyloniā: quinta de Juda vſqȝ ad aduentū Saluatoris in carne: ſexta que nunc agit vſquequo mundus iſte finiatur.

## ¶ Incipit ſecundus tractatus. Et primo de menſe Cap. i.

Dicto de anno, ſequitur videre de menſe. Eſt aūt mēſis ſpatiū tēporis, quo a phebo phebe recedens, eidē ꝯpleto ſuo circulo ſociatur. Et dr̄ menſis a menſurando, eo ꝙ annus ꝑ mēſes mēſurat: vel a mene, quod eſt defectus, eo ꝙ luna ſingulis menſibus viſu deficit ab humanis: vel ſm̄ Iſidor. a mene grece, quod eſt luna latine. Apud grecos enim mēſes legitimi non ex ſolis circulo, ſed ex lune curſu computant, quod eſt de nona ad nonā. Diuidit aūt annus ꝑ .12. mēſes: qr ſol peragrādo zodiacū .12. circuit regiones ſignoꝝ, ⁊ in his .12. mēſibus cōmorat. Romulus tn̄ voluit tm̄ decē eſſe menſes i anno, incipiēs a martio: quē Marti deo belli, quē patrem ſuū eſſe putabat, dedicauit. Un̄ Ouid. in .i. faſtorum. Tpa digereret cum ꝯditor vrbis i annū, Inſtituit mēſes qnqȝ bis eſſe ſuos. Sed Numa Pompilius vidēs ꝙ annus nō bene decē mēſibus cōpleat, ſupaddidit duos in principio. ſ. Januariuȝ ⁊ februariū. Januarius dr̄ a ianua. 86. diſt. ieiuniū, qr ſicut ꝑ ianuā intramus domū: ita ꝑ ianuariū intram⁹ annuȝ: eſt eniȝ lunes anni. ¶ Februarius dr̄ a febribus, que tūc de facili cōtingūt, vel a februis. i. purgationib⁹. Sūt aūt februe oblationes facte ꝑ mortuis. Romani aūt illo mēſe memoriā aīarū habebāt, ⁊ eas purgabāt celebrando exequias mortuoꝝ. ¶ Martius dr̄ a Marte patre Romuli:

muli: vel q̃ꝛ eo tp̃e cũcta aĩantia agũtur ad marẽ: ⁊ ad ꝯcubẽdi voluptatẽ. Appellatur ẽt q̃nq̃ꝫ mẽſis nou⁹, q̃ꝛ eſt anni initium: q̃nq̃ꝫ nouum ver: q̃ꝛ in eo viridantibus arboribus, nobis trãſa ctoꝛuꝫ ꝓbatur occaſus. ¶ Aprilis dĩ quaſi aperilis: q̃a tũc terra aperitur ad germina: ẽt floꝛeſ apiũtur: ⁊ arboꝛeſ icipiũt pullulare. ¶ Maius a maioꝛibus natu dĩ, q̃ erãt principes reipublicę. ¶ Junius a iunioꝛibus dĩ: erant enim olim maioꝛes. ſ. ſenioꝛeſ, q̃ appellabantur patres: ⁊ hi in ciuitate ſꝑ remanebãt vrbis regimini cõſulẽtes: erãt ⁊ minoꝛes, q̃ ibãt ad pugnãdũ pro republica: ⁊ ideo maius a maioꝛibus: iunius a iunioꝛib⁹ nomẽ accepẽrũt: ⁊ in illoꝛũ honoꝛẽ inſtituti ſũt. ¶ Julius dĩ a Julio Ceſare: q̃ꝛ tũc natus fuit: vel q̃ꝛ tunc de hoſtibus triũphauit. Julius tñ pri⁹ q̃ntilis dicebatur, eo ꝙ ẽ q̃ntus a Martio: q̃ ſm̃ Romulum principium erat anni. ¶ Auguſtus eſt dictus ab Octauiano Auguſto: q̃ tunc natus fuit, vel quia tunc hoſtes ſuperauit. ſ. Cleopatrã ⁊ Marcũ Antoniuꝫ. Prius tñ dicebaꝰ ſextilis, eo ꝙ ſextus eſt a martio. ¶ Septẽber nomen habet a numero ⁊ imbꝛe, q̃ꝛ ſeptimus eſt a martio, ⁊ imbꝛeſ habet. Sic ⁊ october, nouember, atq̃ꝫ december ex numero ⁊ imbꝛibus vocabula acceperunt: quem numerum decurrentem december finit, pro eo ꝙ denarius numerus pręcedentes numeros claudit. ¶ Quot autem dies quilibet menſis habeat is verſibus continetur.

Junius, apꝛilis, ſeptember, nouember tricenos,
Plus vnum reliqui, ſed habet febꝛuus octo vicenos.

Cui, ſi biſextu⁹ fuerit, ſuꝑadditur vnus. Hoc ẽ dicere ꝙ iuni⁹, apꝛilis, ſeptẽber, ⁊ nouẽber hñt 30. dies: reliq̃ aũt mẽſes hñt 31. ſed Febꝛuarius tm̃ hꝫ 28. ⁊ q̃ñ eſt biſſextus, 29. Sciendũ aũt eſt, ꝙ cuilibet mẽſi pꝛimo dati fuerũt 30. dies: q̃ multiplicati duodecies conſtituũt 360. dieſ. De q̃nq̃ꝫ vero reſiduis datus eſt vnus Januario, eo ꝙ eſt pꝛicipiũ anni: ⁊ ẽt rõne ipſius numeri, q̃ꝛ impar numerus mũdus eſt: ⁊ numero deus impare gaudet. 32. q. 1. nuptię. Scd̃s datus eſt martio, ꝑꝑ eãdẽ iparitatẽ. Tertius maio Quartus iulio. Quintus octobꝛi. Cęſar aũt auguſtus volens mẽſem eſſe ęqualẽ mẽſi iulio, abſtulit febꝛuario vnã dieꝫ, q̃ꝛ erat mẽſis triſtitię atq̃ꝫ luctus: ⁊ attribuit eã auguſto, ⁊ ita remanſerunt febꝛuario tm̃ 29. ⁊ auguſto 31. Demum aſtrologi Romani abſtulerũt aliã diẽ febꝛuario, ⁊ addiderũt decẽbꝛi, ad hoc, vt fi-

nis

nis principio rñderet: ꝛ ſic febꝛuario remanſerunt tm̄ 28. ꝛ de-
cẽbꝛi 31. Veruntñ ad quandam compenſationem vna dies, vz
biſſextilis, eſt de quarto in quartum annum febꝛuario reſtituta.
¶ Qua vero die vel feria quilibet menſis intrat, iam ſub titu.
de ſeptimana dicetur. ¶ **De calendis, nonis, ꝛ idibus.** Cap. 2.

SAne in quolibet mẽſe ſunt tres dies celebꝛes, q̄ ſoli ꝓpꝛijs
noib⁹ noiant: ꝛ ab eis ceteri denoiantur. ſ. calẽde, none,
idus, quos Romani ꝑꝑ dies feſtos, vel ꝑꝑ officia magr̃atuum
inſtituerunt. His. n. diebus in vrbibus ꝯueniebant. de ꝯſec. diſt.
1. ſiqs. calẽde ſunt primi dies mẽſis: ꝛ dñr quaſi colẽde, qꝛ tunc
ſꝑ erat feſtũ. Vñ Oui. Vẽdicat auſonias ſaturnia iuno calendas.
¶ Vel qꝛ tunc a Romano pplo principia mẽſiuz celebꝛabãtur,
ſicut fit ab Hebꝛeis. 26. q. vlt. non licet. ꝛ cap. ſeq. Vñ Oui. Salue
feſta dies melioꝛque reuertere ſemp. A pplo rerum digna potẽte
coli. Vel dñr a calo, qḋ eſt voco. Primo die mẽſis ꝑco de moꝛe
pplm ad nundinas vocabat, clamãs toties calo: quot dies erãt
vſqz ad nonas: ꝛ ideo plr cal. a pluribus vocationibus vocabã-
tur: vel a calo, qꝫ eſt bonũ omen ꝑ totũ mẽſem hñdum. 26. q. vlt.
nõ obſeruetis. Tunc. n. ſibi mutuo encenia trãſmittebãt. ¶ No-
ne vero ſunt quatuoꝛ, vel ſex dies, in quolibet mẽſe: qui ſequun-
tur poſt cal. ꝛ dñr a nũdinis quaſi nũdine: qꝛ tunc Romani nũ-
dinas colebãt. Ideo aũt in aliquo mẽſe erãt none, ſiue inchoa-
tio nundinarũ in die quinta: in aliquo, i die ſeptima: ne ꝑdones
certũ tp̄s ad inſidiandum mercatoꝛibus hẽent. Vel dñr none a
nonis: qꝛ ille dies nonus erat añ idus: vel a non: qꝛ tũc nullũ fie-
bat feſtũ. Vñ Oui. Nonaruz tutela deo caret. ¶ Idus vero ſunt
octo dies: qui ſequunt̃ poſt nonas. Eſt aũt idus ſemꝑ in 13. vel in
15. die: ſm qꝫ none ꝑcedũt. Si. n. menſis hꝫ quatuoꝛ nonas, idus
eſt in 13. die. Si aũt ſex nonas, id⁹ eſt in 15. Quod autẽ ꝯciliũ An-
tiochen. 18. di. c. ꝑꝑ. dicit qꝫ idus eſt in die decima: hoc alia cõſi-
deratione dicit. Et dñr idus quaſi diuiſio: qꝛ tunc fiebat diuiſio
nundinarũ: vel qꝛ in idibus fit diuiſio mẽſis. Dr̃ autem idus ab
iduo as. ſ. ſeparo ras: vñ vidua dicit̃ quaſi idua. i. diuiſa. Pleriqꝫ
latinoꝝ putãt idus dici ab edẽdo, eo qꝫ hi dies apud veteres e-
pulaꝝ eſſent. Dies autẽ qui ſequunt̃ ſtati poſt cal. ita denoiant̃.
Si. n. eſt mẽſis qui hꝫ quatuoꝛ nonas, dẽmus dicere in calenda-
rio ſtati poſt cal. 4. nonas: in tertio 3. nonas: in quarto pꝛidie no-
nas:

nas: in quinto vero, nonis dicimus, vt pȝ in ianuario, ⁊ ſimilib. Si vero eſt mẽſis qui hȝ ſex nonas, debemus dicere ſtatim poſt cal. ſexto nonas: in tertia die, quinto nonas: in 4. quarto nonas: in 5. tertio nonas: in 6. pridie nonas: in 7. nonis, vt pȝ ĩ martio, ⁊ ſimilib. ¶ Dies aũt qui ſequũtur poſt nonas ita denoiantur: in qualibet menſe, octauo idus. 7. idus. 6. idus. 5. idus. 4. idus. 3. idus, pridie idus, ⁊ idibus: ſicut hec apparent in cal. manifeſte. ¶ Dies vero qui ſequũtur poſt idus denoiantur a cal. menſis ſequentis: hoc mõ. Januarius hȝ 31. dies: de iſtis accipe vnũ pro cal. ⁊ 8. pro idib. ⁊ 4. pro nonis: ⁊ ſic remaneant tm̃ 18. adde ergo iſtis 18. dieb. cal. ſiue diẽ calendarũ ſequẽtis mẽſis: ⁊ ſic erunt 19. Vñ in mẽſe ianuario dẽmus dicere ſtatiȝ poſt idꝰ. 19. cal. februarij: in ſequẽti die 18. cal. ⁊ ſic ꝑ ordinẽ vſqȝ ad fineȝ mẽſis, ſꝑ minuẽdo. ¶ Et nota tñ, ꝙ dr̃ pridie idus, ⁊ pridie nonas, ⁊ pridie cal. ⁊ nõ ſcḋo. q2 ſcḋs dr̃ a ſequor, ſed illa dies nõ ſequitur, ſed ꝓcedit. Et exponitur hec prepoſito pre. i. ante, vel prius: vñ pridie quaſi priori die: ſiue pre. i. añ diẽ: ⁊ cum dr̃ 4. nonas, intellr̃ 4. die añ nonas: ⁊ ſic de alijs. Quot aũt dies denoientur a nonis, quot ab idib. ⁊ quot ab calendis oium menſiũ, his verſib. cõtinetur.

Sex nonas Maius, October, Julius ⁊ Mars.
Quatuor at reliqui: tenet idus quilibet octo.
Janus ⁊ Auguſtus denas nonaſque December.
Julius, October, Mars, Maius hepta decemque:
Junius, Aprilis, September ⁊ ipſe Nouember
Ter ſenas retinent, Februſque bis octo calendas.

Hoc eſt dicere, ꝙ maius, october, iulius, ⁊ martius hñt dies ſex ꝓ nonis: ſed reliqui menſes hñt tm̃ 4. ⁊ quilibet menſis hȝ octo dies ꝓ idib. Itẽ ꝙ ianuarius, auguſtus, decẽber hñt 19. dies pro calẽdis. Julius vero, martius, october, ⁊ maius hñt 17. Junius autẽ, aprilis, ſeptẽber ⁊ nouember hñt 18. Februarius hȝ 16. ⁊ ſi fuerit biſſextus, ſupadditur ei vnus.

## ¶ De dieb. egyptiacis. c. 3.

Illud aũt notandũ, ꝙ in quolibet mẽſe ſunt duo dies egyptiaci. i. ab egyptijs deprehenſi. In egypto. n. erant quidã aſtrologi: qui quaſdã ꝯſtellationes nociuas humanis actib. in illis dieb. inuenerũt: ideoqȝ illas notas eſſe hoibus voluerũt: tñ illarꝫ ꝯſtellationũ pũcta ſcire ꝓꝑ errorẽ nr̃i ꝯputi nõ valemus. vel forte inuenerũt illos dies bñ ꝯſtellatos: ⁊ ideo eos in calendario

dario notauerũt: vt in illis diebus potius, ꝙ̃ in alijs, actibus in=
ſiſtatur, quorum errorem ne eccleſia ſequi videatur, a talib⁹ ca=
uetur. Uel dicuntur egyptiaci ſm quoſdam: quia dñs in illis die=
bus percuſſit egyptios nouem plagis. Quotus aũt ſit dies egy=
ptiacus a principio, vel a fine menſis, his verſibus continetur.

Augurior decies audito lumine clangor.
Liquit olens abies voluit colus excute gallum.

In his verſib. ſunt. 12. dictiones 12. mẽſib. ſeruientib. prima pri=
mo ſecũda ſecũdo: ⁊ ſic ꝑ ordinẽ ſũpto initio a ianuario, ita ꝙ
quota die erit prima lr̃a prime ſyllabe alicuius iſtarũ dictionũ
in alphabeto, totus erit dies egyptiac⁹ in illo mẽſe: cui ſeruit il
la dictio, computãdo a menſis principio verſus finem. Itẽ quo=
ta erit prima litera ſecunde ſyllabe in alphabeto, totus erit dies
egyptiacus in illo menſe, cui ſeruit illa dictio: cõputando a fine
verſus principium. v. g. Augurior eſt prima dictio: ⁊ ſeruit pri=
mo menſi. ſ. Januario: au eſt prima ſyllaba, ⁊ a eſt prima lr̃a ip=
ſius ſyllabe, ⁊ eſt prima in alphabeto: ergo dies prima ianuarij
eſt egyptiaca. Itẽ gu ẽ ſecũda ſyllaba, ⁊ g eſt prima lr̃a ipſi⁹ ſyl=
labe, ⁊ g eſt ſeptima ĩ alphabeto: ergo ſeptim⁹ dies ianuarij nu=
merãdo a fine verſus principiũ eſt egyptiacus: ⁊ ſic in alijs: hoc
obſeruato, ꝙ h in hoc loco ꝓ lr̃a non ponat. Quilibet autẽ pre=
miſſorũ dierũ ꝓꝑ vnicam horã ſui denoiat egyptiacus. ❡ De
dieb. vero felicib. vel infelicib. quos quidã aſtrologi notauerũt, i
pñti opuſculo nõ agitur: qꝛ eccleſia prohibet fidem talib. adhi=
beri. 16. q. vlt. capitu. non obſeruetis. ⁊ c. qui eſtimaret. ⁊ ſequenti.

## ❡ De diebus canicularibus. Cap. 4.

In quibuſdã quoqꝫ menſib. ſunt quidã dies, qui canicula=
res dñr a cane, vel canicula ſtella ſita in frõte leonis, ⁊ añ
genua tauri: q̃ eſtiuis mẽſib. eſt in medio cẽtro celi: ⁊ dũ ſol ad
eã aſcẽderit ꝯiuncta cũ ſole, vel ei ꝓxima, duplicat calor ipſius,
ex quo diſſoluunt corpora ⁊ vaporant. Uñ vocat canis: q̃a cor=
pora morbis afficit, ⁊ ſunt quinquaginta quatuor dies, q̃bus ꝓꝑ
tp̃is crudelitatẽ, ⁊ caloris ſolis intẽperiẽ, malũ eſt minui ſangui
nẽ, ⁊ potionari. Qñ aũt illi dies icipiãt, ⁊ finiant, his ver. ꝯtinet.

Incipiunt Julij pridie idus caniculares,
Et pridie nonas ſeptembris fine reſultant.

Secundum aliquos vero incipiunt 14. calen. Auguſti.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

## ¶ De ſeptimana ⁊ nominibus dierum eius. Cap. 5.

SEquitur de ſeptimana. Nūc ꝑtinet ſeptimana ſeptē dies naturales, quoꝝ repetitione ⁊ menſes ⁊ anni ⁊ ſecula peragunt: ⁊ hęc apud gręcos hebdomada, ſed apud hebręos ſabbatu appellat. Et dr̄ ſeptimana a ſeptē, ⁊ mane quaſi ſeptez mane, pars ꝓ toto. ſ. mane ꝓ tota die. Vel a ſeptez ⁊ manet, qꝛ manet ꝑ ſeptē dies. Vel dr̄ ſeptimana, q̄ſi ſeptē luces: naz mane lux ē ſ3 Iſid. Idē ēt ſpatiuz vocat̄ hebdomada, ab hepta grece, ꝙ eſt ſeptem. ⁊ deos ꝙ eſt dies: vel modus, ꝙ eſt mēſura: ⁊ ſm̄ hoc hebdomada eſt cōis nomē ꝙ̄ ſeptimana. Vñ Daniel: Poſt ſeptuaginta hebdomadas ⁊c. ⁊ ſumunt̄ ibi hebdomadę annoꝝ. i. ſeptuagies ſeptē anni. Septimanę aūt nequnt hr̄e certa noīa: qꝛ neq3 hn̄t certa initia. Singulis nanq3 annis variātur ꝑ vnū, vel ꝑ duos dies: q qñq3 sūt ſup integras ſeptimanas. Dēs aūt dies: ſeptimanarum inſcribuntur ſeptez primis lr̄is alphabeti.

¶ Item dies ſecundum gentiles dominantur a planetis. ¶ Prim⁹ a ſole, q princeps eſt oīuz ſyderꝝ: ſic ⁊ idem dies caput eſt cęteroꝝ dierū. ¶ Secund⁹ a luna, q̄ eſt ſplēdore ⁊ magnitudine ſoli proxima, ⁊ ex eo mutuat lumē. ¶ Tertius a ſtella martis, quę veſper vocatur. ¶ Quartus a ſtella mercurij, quaz quidā candidū circulū dicunt. ¶ Quintus a ſtella iouis quā phetontē aiunt. ¶ Sextus a ſtella veneris, quā luciferū aſſerūt, qꝛ inter cuncta ſydera plus lucis affert. ¶ Septimus a ſtella ſaturni, q̄ ſexto cęlo locata trigīta annis fertur explere curſū ſuū. ¶ Sed quęritur quare dies non ita ordinantur in ſeptimana, ſicut planetę in cęlo, qm̄ in cęlo ordinantur ſm̄ hunc verſum.

Sol vene. mer. luna, ſaturnus, Juppiter ⁊ mars: vel ſic.
Saturnus Joue Mars ⁊ ſol cum Vene. mer. lu.

Solutio: dicim⁹ ꝙ dies ī ſeptimana nō ordinant̄ ſm̄ ordinē planetaꝝ, ſed ſ3 regimē eoꝝ ī ſingulis dieb. Vñ qꝛ viderūt philoſophi, ꝙ ſol regnabat prima hora diei dn̄icę: iō illā diē denoīauerūt a ſole. Itē qꝛ viderūt, ꝙ luna regnabat prima hora ſecundę ferię, iō diē illū denoīauerūt a luna: ⁊ ſic de cęteris, ſicut p3 ex diſtinctione horaꝝ diei facta inter planetas ꝑ ordinem ſucceſſiue. Rurſus a dictis planetis philoſophi noīa ſumpſerūt, eo ꝙ a ſingulis aliqd ī hoīe eſſe voluerūt, vt a ſaturno calliditatē: a Joue tēperātiā: a marte feruorez: a ſole ſpūm: a venere voluptatem: a

mercurio

mercurio eloquentiã: a luna cor. Et qr ordo planetarũ vltra nu-
merum ſeptenariũ non procedit, ſed ad primũ reuertitur: ideo
tantum ſeptem dies in ſeptimana ſunt a ſapientibus conſtituti.

## ¶ Qua die ſeptimanę quilibet menſis intret. Cap. 6.

Nunc videndum eſt qua die ſeptimanę quilibet menſis in-
trat: de hoc duplex ratio habet. Prima per hos verſus.

Alta domat dominus, gratis beat ęqua gerentes.
Contemnit fictos, augebit dona fideli.

In iſtis verſib. ſunt 12. dictiones 12. mẽſib. ſeruiẽtes: prima pri-
mo, ſcđa ſcđo: ⁊ ſic p ordinẽ ſumpto initio a Januario: ita q̃ q̃-
cunq̃ fuerit initialis lr̃a alicuius iſtarũ dictionũ, eadẽ erit lr̃a
calẽdarũ mẽſis, cui ſeruit illa dictio. v.g. alta, eſt prima dictio, ⁊
ſeruit primo menſi. i. Januario: ⁊ a eſt prima lr̃a illius dictionis
alta: ergo A eſt prima lr̃a Januarij. Item domat eſt ſecũda dcõ,
quę ſeruit ſecundo menſi ſcilicet februario: ⁊ D eſt prima litera
iſtius dictionis: ergo D eſt prima litera Februarij: ⁊ ſic de alijs.
Idẽ dicit ſequẽs verſus p ſyllabas: quos p̃cedẽtes p dictiones.

Adam degebat ergo cifos adrifex.

¶ Habita autẽ lr̃a calendarũ, facile poſſumus ſcire qua feria
quilibet mẽſis intret. Per lr̃am. n. dñicalem illius anni procede
cõputando dies per lr̃as ſubſequentes vſq̃ ad lr̃am, quę eſt in
cal. menſis, cuius diei introitũ ſcire optas: ⁊ in qua feria occur-
ret, tali feria intrabit ille mẽſis. ¶ Secũda ratio, per q̃ ſcire po-
tes qua feria quilibet menſis intret, eſt per regulares ⁊ cõcurrẽ-
tes. ¶ Nota ergo quod i anno ſolari ſunt quinquagintaduę ſe-
ptimanę ⁊ vnus dies, vel duo, ſi ſit biſſextus: pp quam diem va-
riantur ſingulis annis principia menſiũ. ¶ Si enim hoc anno
incipiat Januarius a die dñico: toto anno A, quę eſt prima lit-
ra Januarij, erit dominicalis. Cum ergo ventum fuerit ad fi-
nem anni: illud A finale calendarij, quod inſcribitur illi diei, q̃
eſt vltra integras ſeptimanas, repñtabit diem dominicam: er-
go ſequens A, quod iterum eſt initiale Januarij, pñtabit ſecun-
dam feriam: ⁊ ſic toto illo anno erit illa variatio: eodem modo
ſingulis annis variantur initia menſiũ per diuerſas ferias. Et
ſi ſit biſſextus, duplex erit variatio, prima in calen. Januarij, ſe-
cunda in feſto ſãcti Matthię. Ut ergo computiſtę ſcire poſſent
qua feria quolibet anno quilibet menſis inciperet, inuenerunt

duos numeros, vnum inuariabilem, qui vocatur regularis, ſolaris, ferialis: alium variabilem, qui vocatur cõcurrens, de quibus breuiter eſt dicendum. ❡ De regularibus ſolis. Cap. 7.

Videndũ eſt aũt primo quid ſit r̄laris, vnde dicatur, ⁊ vnde habeat ortũ, ⁊ quot r̄lares quiſq3 menſis habeat. R̄laris ſolis eſt numerus inuariabilis datus menſi, qui adiunctus concurrẽti declarat qua feria ſeptimanę quilibet menſis intret cuius fuerit r̄laris. Dr̄ aũt r̄laris a r̄la, q2 inuariabilis eſt ſicut regula. 3. diſt. cap. non. Solaris dr̄ ad drĩam lunaris, de quo infra dicetur. Sũt ortuz r̄lares a martio: nam in menſe martii ſunt 5. r̄lares, ſeu 5. pro r̄lari. Martius. n. non habuit initium in primo anno mũdi ſeu ſeculi: immo dr̄ mundus factus fuiſſe in illo mẽſe in die quo dr̄ 15. cal. aprilis, vel vt alii dicunt 8. cal. Si. n. computes ordine retrogrado dies ſeptimanę vſq3 ad calen. martii, inuenies ꝙ quinta feria mundus incepit: ſi tñ ante martiũ fuit: ⁊ hęc eſt cauſa quare martius quinariũ numerũ habuit pro regulari. R̄lares vero aliorũ menſiuz ſic formantur. Jungas r̄lares menſis cũ diebus eiuſdem: ⁊ ab illa ſumma ſubtrahe 7. quoties poteris, ⁊ r̄larẽ ſequentis menſis quod remanſerit indicabit. v. g. Martius habet quinque regulares, ⁊ dies eius ſunt 31. redige in ſummam, ⁊ ſunt 36. ſubtrahe 7. quoties poteris, ⁊ remanet vna dies, quę datur menſi ſequenti pro regulari. Item aprilis habet 30. dies, ⁊ vnum regularem, qui conſtituunt 31. ſubtrahe 7. quoties poteris, ⁊ remanebunt tres, qui dant maio pro regularibus: ⁊ ita de aliis vſque ad martium. Poſſumus etiam ſcire menſium regulares per hos verſus.

Eſt atris clare fulgentibus ara deorum.
Grata bonis extat gratiſſima cuique fideli.

In iſtis verſib. ſunt 12. dictiones 12. menſib9 ſeruientes, prima primo, ſecũda ſecũdo, ⁊ ſic ꝑ ordinẽ, ſumpto initio a martio, ita ꝙ quota fuerit prima lr̄a alicui9 iſtaruz dictionũ in alphabeto, tot r̄lares h3 ille mẽſis cui ſeruit illa dictio. v. g. Eſt, eſt prima dictio, ⁊ ſeruit primo menſi. ſ. martio. ⁊ E, eſt prima lr̄a iſtius dictionis, eſt, ⁊ eſt quinta in alphabeto: ergo martius h3 quinque r̄lares. Item aſtris eſt ſecũda dictio, ⁊ ſeruit ſecũdo mẽſis. ſ. aprili: ⁊ A, eſt prima litera iſtius dictionis, quę eſt etiam prima in alphabeto: ergo aprilis habet vnum regularem: ⁊ ſic de aliis.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

## ¶ De concurrentibus, ꝛ cyclo ſolari. Cap. 8.

NUnc dicamus de ꝯcurrētib. Dn̄r aūt ꝯcurrētes: qꝛ ſibi i-
Tonus, qui oīum prima & integra dr̄ eſſe ꝯiunctio, eſt duoꝝ ſonorū inequaliū per ſpatiū integrū immediate iūctorū acceptio. ¶ Dr̄ aūt tonus a tonādo .i. perfecte & integre pronūciando: qꝛ vtrunqꝫ ſonū plene & integre pronūciare debemus. Et eſt tonus inter G. & A. & econuerſo: & ab A. & B. & econuerſo: inter C. & D. & econuerſo: & a D. ad E. & econuerſo: & ab F. & G. & econuerſo, in grauibus, acutis, & ſuperacutis: vt hic pꝫ exēplo.

Tonus. Tonus. Tonus. Tonus. Tonus.




## De ſemitonio.

SEmitoniū eſt duorū ſonorū inequaliū per ſpatiū imperfectū, ⁊ nō integrū mediate iunctorum acceptio. Et dr̄ ſemitoniū a ſemi, qḋ eſt imperfectū vel incompletū, vel nō integrū, ⁊ tonus, quaſi imperfect⁹ ⁊ nō integer tonus. Et ideo ſicut tonus perfecte, complete, ⁊ integre pnunciatur: ita ſemitoniū quod duarū partiū toni pars eſt, imperfecte, incōplete, ⁊ non integre pronunciari debet: qḋ maniſeſte intelligētiū prolatione ⁊ in monachordo patet. Et eſt ſemitonīu inter b quadratū, ⁊ C, ⁊ ecōuerſo E. ⁊ F. ⁊ ecōuerſo A ⁊ b rotūdū, ⁊ eꝯuerſo i grauib. acutis, ⁊ ſupacutis, vt hic pꝫ exēplo.

Semitonium. Semitonium. Semitonium. Semitonium.




DItonus eſt duorū ſonorum ſeu vocum per duo ſpatia plena, integra atqꝫ perfecta iunctoruꝫ acceptio. Hꝫ ergo ditonus duos tonos, voces tres, ⁊ interualla duo: ⁊ qꝛ ex tonis compoſitio debet eſſe perfecta, plena, ⁊ integra eſt eius pronunciatio. Dr̄ aūt ditonus a dia, qḋ eſt duo, ⁊ tonus: qꝛ ex duobus iungit̄ tonis, vt hic patet exemplo.

Ditonus. Ditonus. Ditonus.




SEmiditonus eſt triū vocū ſeu ſonoruꝫ per ſpatiū vnū, plenū, integrū, atqꝫ perfectū, ⁊ aliud nō integrū atqꝫ imperfectum

fectũ iunctorum acceptio: Et dr̃ ſemiditonus a ſemi, qđ eſt non plenũ, ⁊ non perfectũ: ⁊ ditonus quaſi imperfectus tonus cum perfecto ⁊ cõpleto tono. Perfectã quippe hñc non põt ſemiditonus pronũciationẽ ſicut ditonus: q̃r ex minoris ſemitonij deperditione ad perfecta ſpatia nõ attingit: idcirco toni pfectã, ⁊ ſemiditoni imperfectam habent prolationem, vt hic ſequitur.

Semiditonus. Semiditonus. Semiditonus.



D F E G A C.

## De diateſſaron. Prima conſonantia.

Diateſſaron ꝯſonãtia fit ex quatuor ſonis ꝯſtituentibꝰ duos tonos, ⁊ vnũ ſemitoniũ minus. Dicta eſt. n. a dia qđ eſt per, ⁊ teſſaron quatuor, quaſi ex quatuor vocibꝰ facta. Igit̃ quũ diateſſarõ ꝯſonãtia quatuor retinet voces, tres tñ neceſſe eſt habeat differẽtes ſpẽs. Vis nanq; cõſonãtia vnã ſemper minus hƺ ſpeciem, q̃ fuerint eius voces. Prima nãq; eius ſpẽs format̃ ex tono, ſemitonio, ⁊ tono in eleuatione. Incipit. n. i A. re. prima chorda grecorũ ⁊ ꝓcedit ad quartam lr̃am. ſ. D. his ſyllabis Re. mi. fa. ſol. ⁊ vbicunque reperiunt̃ ſimiles voces, ſemper fit prima diateſſaron ſpẽs. Secũda ſpẽs diateſſaron eleuat̃ ſemitonio ⁊ duobus tonis incipiẽdo in B. mi. hiſque quatuor ſyllabis ꝓcedit Mi. fa. ſol. la. ⁊ vbicunq; ſil'is vocũ cõmiſtio reperit̃, ſemper fit ſecũda ſpẽs diateſſaron. Tertia vero ſpẽs diateſſaron eleuat̃ duobus tonis, ⁊ ſemitonio in formatione: incipiturque in C. fa vt. ⁊ procedit per has voces. Ut. re. mi. fa. ac vbicunq; reperit̃ ſimilis vocum aggregatio ſemper fit tertia diateſſarõ ſpẽs: vt hic patet inferius.

Prima ſpecies diateſſaron. Secunda ſpecies diateſſaron. Tertia ſpecies diateſſaron.



A D B E C F.

Dia-

¶ Diapente. ¶ Secunda conſonantia.

Diapente eſt ꝯſonantia quinqꝫ ſonos, tres tonos, vnũ que ſemitonium cõtinens. ¶ Dicta eſt. n. a dia, quod eſt per, ⁊ pente quinqꝫ, quaſi ꝯſonantia ex quinqꝫ vocibus miſta. ¶ Fit equidem diapente ex diateſſaron tono ſuperaddito: quę cum quinque tm̄ habeat voces, quatuor neceſſe eſt retineat ſpecies. ¶ Prima nanqꝫ diapente ſpecies formatur ex prima ſpecie diateſſaron ex tono in acuto repente ſuperaddito procedens his ſyllabis re. mi. fa. ſol. la. intenſiue, ⁊ vbicunqꝫ fuerit ſimilium ꝯiunctio vocũ, ſemper fit prima ſpẽs diapente. ¶ Scd̃a ſpẽs diapente formatur ex ſcd̃a ſpecie diateſſaron, vt ſupra: procedit nanque per has ſyllabas mi. fa. ſol. re. mi. ¶ Tertia diapente ſpecies formatur ex tritono ⁊ ſemitonio: hiſqꝫ procedit ſyllabis fa. ſol. re. mi. fa. ⁊ vbicunque fuerit ſimiliũ ꝯnexio vocũ: ſemper fit tertia ſpecies diapẽte. ¶ Quarta vero ſpecies diapente formatur ex tertia ſpecie diateſſaron: ⁊ tono in acutiori parte ſuperaddito procedens his ſyllabis vt. re. mi. fa. ſol. ⁊ vbicunque fuerit ſimilium ſonorum commiſtio, fit ſemper quarta ſpecies diapente: vt hoc monſtratur exemplo.

¶ Prima ſpecies diapente. ¶ Secunda ſpecies diapente.




¶ Tertia ſpecies diapente. ¶ Quarta ſpecies diapente.




¶ De conſonantia diapaſon.

Diapaſon cõſonãtia fit ex octo ſonis ꝯſtituentib. quinque tonos ⁊ duo ſemitonia. Dr̄. n. a dia quod eſt per, ⁊ paſon oē: quaſi cõſonantia conſiſtens ex omnibus ſonis. Oẽs quidẽ ſoni ſunt ſeptem in tota muſicę diſciplina: quibus cũ primo replicato hęc perfecta diapaſon ſimphonia

phonia perficitur. ¶ Septē ſunt differentes diapaſon ſpecies:
quarum prima fit ab A.graui ad A.acutū. Secunda a B.graui
ad B.acutū. Tertia a C.graui ad C.acutum. Quarta a D.gra-
ui ad D.acutum. Quinta ab E.graui ad E.acutum. Sexta ab F.
graui ad F.acutum, Septimum a G.graui ad G.acutum.

## ¶ De tropi ſeu toni deſcriptione.

TRopus ſiue tonus, modus eſt quāpluriū vocū, ex dia
pente ac diateſſarō ordinatione ſpeciei debitę ꝯiun-
ctarū, in acumine ⁊ grauitate diſtantiū, per aſcenſū
⁊ deſcenſum ꝯgrua pneumatum forma cōſtitutarum
cōueniens ꝯſtitutio. ¶ Et ideo gręci (a quibus hęc muſica pri-
mitus eſt exorta) quatuor tropos .ſ. protū, deuterū tritum, ⁊ te-
tartū ſub quatuor vocū cognitione .ſ. re. mi. fa. ſol. ac d. e. f. g. pri-
marū literarū finalium terminatione ſtatuere notandos: vt ex
hmōi finaliū lrarum atq vocū effectus notitia in ipſorum tro-
porū perfectionis ⁊ naturę notitia veniremus. Protus nanq
tropus, qui primus eſt in voce. re. ⁊ d. prima ſibi cōiuncta litera
cū ſuo ſubiugali finitur. Deuterus, qui ſecundus eſt tropus in,
mi. voce, ⁊ e. prima lr̄a cū ſuo ſubiugali finalē ſedē acquirit. Tri-
tus vero, qui tertius tropus eſt eiuſq ſubiugalis in voce, fa. at-
que f. prima eſt terminatus. Sed tetartus tropus quartus in vo
ce ſol. G. quę prima cum ſuo ſubiugali eſt conſtatus. Hę quidē
voces ⁊ literę graues ſunt: ⁊ in eis troporū termini ſtatuuntur,
vt auctenticorum perfectionibus atque plagalium eorūq for-
mationi ſatisfiat. Sunt ergo octo tropi ſiue toni numero diffe-
rentes: quorum quilibet ſuā formam, ordinē, atq modum hn̄t,
vt patebit exemplo.

## ¶ Quō prędicti tropi, modi, ſeu toni ex ſu pra nominatis ſpeciebus .ſ. diateſſaron, diapente, ac diapaſon conſtituantur ac formentur.

PRotus tropus ſiue tonus, qui in ordine primus eſt,
ſuā formā ⁊ eſſe a diapente ⁊ diateſſaron recipit: qm̄
ex ipſorum primis ſpeciebus formatur .ſ. re. la. prima
diapente ſpecie: ⁊ ex re. ſol. prima diateſſaron ipſi pri
mę diapente ſuperaddita ſpeciei. Producunt .n. diapaſon hę
coniunctę ſpecies, quę ſunt re. la. ⁊ re. ſol. in D. primo termino
inferiori fundatę, ⁊ in D. ſecundo termino ſuperiori termina
tę. Forma igitur huius primi tropi ſeu toni auctentici conſtat



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ex prima diapente ſpecie re.la.⁊ ex prima diateſſaron ſuperius adiuncta re.ſol.cuius forme demonſtratio inferius patebit.

¶ Forma ſubiugalis pti, tropi, ſiue toni eſt in D.primo cũ ſuo re. prima diapente ſpẽs inchoata, ſ.re.la.⁊ ab eiuſdẽ prima diateſſaron deo,ſum tendens ſpecies ordinata, ſ.ſol.re.qui forma a ſui auctentici ſpecie auctentice non deficit: quanquam in diateſſaron poſitione ab auctentici forma diſtet. vtriuſque tamen finis idem eſt. ¶ Forma igitur plagalis huius eſt ex diapente ſpecie prima re.la. ⁊ ex diateſſaron etiam prima diapente ipſi coniuncta inferius ſol.re.vt inferius patet exemplo.

¶ Demonſtratio proti perfecti ¶ Demonſtratio plagalis proti perfecti



¶ Diapaſon ex diapente ⁊ a diateſſaron connexa ſuperius. ¶ Diapaſon ex diapẽte ⁊ diateſſaron connexa inferius.

Deuterus tropus, ſeu tonus, qui auctenticorum ſecundus, ſed in troporum ordine tertius eſt, ex diapente, ac diateſſaron recipit formam ſuam ⁊ eſſe. Ex ſecunda.n.diapente ſpecie in E. primo ⁊ voce ſua mi.inchoante, ⁊ in ſecundo b.⁊ ſua voce mi terminante: ac ẽt ex ſecũda diateſſaron ſpecie in eodem b. cum voce ſua mi initium habente: ⁊ ad E ſecundum, ⁊ ſuam vocem la.terminante formatur. ¶ Preſentis igitur tropi ſeu toni formatio ex mi.mi.ſpecie diapente ſecunda: ⁊ ex mi.la etiam diateſſaron ſecunda ipſi diapente ſuperaddita ſpeciei cõficitur: ex quibus hic tropus redditur omnino perfectus: vt inferius patebit. ¶ Forma ſubiugalis deuteri ab ipſius deuteri forma, niſi in diateſſarõ poſitione non diſtat: qñ ex diapente ⁊ diateſſaron ſpeciebus recipit ſuam formam: ⁊ vtriuſque finis idem eſt. Igitur hec forma in E.primo ſuaque voce mi.fundata, ex ſecunda, vt diximus, ſpecie cõponitur, diapente ad B. ſecundum eiuſque mi. voce ſuperius aſcendente, ⁊ ab eodem E.atq; voce cum ↄiuncta diapente ex ſecunda diateſſaron ſpecie deſcendente, que forma eſt ex mi.diapente ſecunda, ⁊ ex la.mi.diateſſarõ inferius ſecunda ſpecie, vt patet.

¶ De-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

¶ Demonſtratio deuteri perfecti.



¶ Diapaſon ex diapente diateſſaron coniuncta ſuperius.

¶ Demonſtratio plagalis deuteri perfecti.



¶ Diapaſon ex diapente, ⁊ diateſſaron coniuncta inferius.

TRitus tropus, ſiue tonus, qui auctenticorū tertius, ſed in troporū ordine quintus eſt, diapente ⁊ diateſſaron conſonantijs ſuā formā acquirit ⁊ eſſe: nā forma hęc in tertia diapēte tertiaqꝫ diateſſaron ſpecie iunctis ꝯficitur: ex eius nanqꝫ fine atqꝫ fundamento, quod F. primū dr̄, tertia diapente ſpecies exorta. ſ. fa. fa. in ſecunda C. terminata cum coniuncta ſibi ſpecie tertia diateſſaron. ſ. vt fa. i. ad ſecundum F. progreſſa finitur: quę ipſam diapaſon cōſonantiam perfecte conſtituunt. Recta igitur forma triti ex fa. fa. tertia diapente: ⁊ vt fa. tertia diateſſaron eſt coniuncta: vt patet inferius. ¶ Forma ſubiugalis triti ex ſui triti auctentici ſpeciebus, qm̄ ipſius naturę eſt, acquirit eſſe, ⁊ eius materię cum ipſo dr̄ eſſe forma. ¶ Uerum, qꝛ (vt de ceteris dictū eſt plagalibus) diateſſaron cōſonantia pro hm̄oi forma infra diapente coniungitur, quę pro auctentici forma ſupra diapente ꝯuertitur, non vī diſtare a ceteris: ⁊ vtriuſqꝫ idē eſt fundamentum ⁊ finis. ¶ Huius igitur forma plagalis ſuperius ſpecie diapente tertia fit a fine fa. fa. ⁊ ſub ipſo coniuncta tertia diateſſaron fa. vt. vt patet hic inferius.

¶ Demonſtratio Triti perfecti.



¶ Diapaſon ex diapente, ⁊ diateſſaron coniuncta ſuperius

Demonſtratio plagalis Triti perfecti.



¶ Diapaſon ex diapente ⁊ diateſſaron coniuncta inferius.

TEtartus tropus ſiue tonus auctencticorũ vltim⁹ eſt: qui in ordine tonoꝛuz ſepius ex diapente ac diateſſaron ſancꝫ ex cauſis efficientibus ſuaz formã ⁊ eſſe accipit ⁊ acquirit. Oẽs nanque tropos hę conſonantię ſuis ſpẽbus efficiũt: vt clare ꝯſtat ex ſupradictis. ¶ Hãc eteniꝫ tetarti formaꝫ quarta ſpecies diapente producit: quę in G. primo fundata ad D. ſm cũ, vt. ſol. terminando producitur. Et ab eodẽ D. cum prima diateſſaron. re. ſol. ad G. ſm vlterius procedendo finit. Et ideo in re. G. primo. vt. ſol. quarta diapente fundata cũ re. ſol. diateſſaron prima ꝯiuncta huius tetarti tropi di eſſe forma ⁊ perfectio: vt inferius cõſtat exẽplo. ¶ Forma plagalis tetarti, qui in ordine oĩum vltimus ⁊ octauus eſt a forma ipſius auctẽtici tetarti ſumitur: qꝛ quarta diapẽte ⁊ a prima diateſſeron ſpẽbus formatꝛ. Sola quippe diateſſeron ſpeciei poſitio inter eos dr̃iam facit: q̃ in auctẽtico ſupra diapẽte cõponitꝛ: ſed in hoc plagali ſupponitꝛ: ſed in cęteris plagalib. lex ipſa ſeruatꝛ. G. quoqꝫ primũ vtriuſqꝫ fundamẽtũ ⁊ finis eſt. Iſtius igitꝛ plagalis forma ex diapẽte ſpecie quarta ſupra, ⁊ ex diateſſeron prima componitur infra. ſ. vt. ſol. ⁊ ſol. re. vt inferius patet exemplo.

¶ Demonſtratio Tetarti perfecti.



¶ Diapaſon ex diapente, cui adiungitur ſuperius diateſſarõ.

¶ Demonſtratio plagalis Tetarti perfectum.



Diapaſon ex diapente cui infra adiungitur diateſſaron.

Poteſt igitur perfectus tonus ſeu tropus tali declaratione deſcribi. Tropus ſeu tonus perfectus auctenticus ſiue plagalis eſt, qui ex ordinatis ex diapente ac diateſſaron ſpeciebus in acumine ⁊ grauitate cōiunctis debita pneumatum poſita diſpoſitione rite diapaſon retinet perfectam formam. Illa igitur aſcenſu contrario erit imperfectio tropi: quę diapaſon perfectam formam nō retinebit.

Perfectam diapaſon formam non retinere, eſt a totali eius aſcenſu deficere: ⁊ ideo ille tropus nuncupabitur imperfectus, ſi auctenticus eſt, qui a fine ſuo in dicto diapaſon aſcenſu deficiet: vt ſi ad quintam, ſextam, vel ſeptimam tantum attingit a fine: ⁊ tanto magis eſt imperfectus, quanto magis a perfecta diapaſon diſtat. Plagalis autem iudicabitur imperfectus, ſi a fine ſupra a diapente deficiat, vel infra ſi diateſſaron non deſcēdat: ⁊ in ea eſt imperfectus parte in qua deficiens inuenitur: ⁊ ſi in vtraqꝫ deficiat, in vtraqꝫ continet imperfectionem: ⁊ dicitur in vtraqꝫ imperfectus, vt patet exemplo.

Demonſtratio proti imperfecti.



Diapaſon ex tono deficiens ſuperiori toni continet imperfectionem.

Demonſtratio plagalis proti imperfecti.



Diapaſon in vtroqꝫ termino tono deficiens plagalem imperfectum reddit.

Demonſtratio deuteri imperfecti.





UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Diapaſon qui in tono ſuperius deficit tropum imperfectum reddit.

Demonſtratio plagalis Deuteri imperfecti.



Diapaſon a B. primo ad ſecundum eſt in tono inferius deficiens.

Demonſtratio Triti imperfecti.



Diapaſon in inferiori tono deficiens, tropi continet imperfectionem.

Demonſtratio plagalis Triti imperfecti.



Diapaſon ſupra ⁊ infra deficiens tonis, tropo tribuit imperfectionem.

Demonſtratio Tetarti imperfecti.



Diapaſon cui tonus ſuperius abeſt, ea in parte imperfectiorem facit tonum.

Demonſtratio plagalis Tetarti imperfecti.



¶ Diapaſon ſupra ⁊ infra duobus deficiens tonis, tropum faciat a perfectione diſtare.

HOs autem, qui ſupra diapaſon aliquid videntur adde re, eo quod perfectam ſeruant formam, ⁊ aliquid plꝰ adijciunt, pluſquam perfectos in authenticis merito nominamus. Quos autem in plagalibus infra fines vbi eorum vltimus diapaſon perficitur terminus, tonum vel ſemitonum ⁊c. contingit deponere, etiam dicimus pluſquam perfectos. ¶ Supra igitur auctenticus dicitur pluſquam perfectus, ſed infra plagalis, ⁊ non ſupra: quia in ea parte miſtus appellatur, vt nunc dicetur.

Demonſtratio auctentici pluſquam perfecti.



¶ Diapaſon in ſperiori termino adiuncta cum tono.

Demonſtratio plagalis auctentici pluſquam perfecti.



¶ Diapaſon in termino inferiori adiuncta tono.

QUia autem auctentici infra tonum ſemitonum vel ditonum ⁊c. deponunt, eo ꝙ cum ſuo plagali miſcentur, appellantur miſti. Plagalibus vero, quorum aſcenſui vel diapente aliquid ſupponitur, eo ꝙ cum ſuo auctentico miſturam faciunt, etiam miſtorum nomina tribuimus. Inferius igitur eſt miſtus auctenticus, cuius nomen plagalis ſuperius tenet, ad horum differentiam miſtorum, quorum ſpecies cum aliorum ſpeciebus commiſceri videntur, nempe appellantur commiſti. Poteſt enim vniuſcuiuſque tropicum alterius cuiuſque ſpecie vnaqueque ſpecies commiſceri. Eorum demonſtrationes, vt clare videantur que dicta ſunt, hic infra ponemus: vt vnius demonſtratione ſingulorum notitia habeatur.

Demonſtratio auctentici miſti.



¶ Diapa ſon intermino inferiori adiuncta tono.

Demonſtratio plagalis miſti.



¶ Diapaſon in inferiori termino adiuncta ſemitono.

De cōmiſtis autē ſpēbus in tropis hoc notandū accepimus, q tropi ſic ad inuicē ſunt cōmiſti, q vix vnus reperiri ɔtingat, qui ꝓprijs duntaxat ſpēbus ſit formatus. ¶ Ad cognoſcenduz cuius toni ſint antiphonę, q̄ aſceſuz ſeu deſcēſum ſui tropi non cōplēt, inſpicere debes finez antiphonę, ⁊ principiū de ſeculorū: ⁊ de hoc dant hi verſ.

Re.la.vult primus.re.fa.retinetq; ſecundus:
Per ſextam mi.fa.terno: quarto dato mi.la.
Fa,fa.fert quintus: fa.la.pręber tibi ſextus.
Ut.ſol.ſeptenus: vt.fa.captatq; ſupremus.

¶ De intonatione pſalmorum dantur hi verſus, videlicet.

Primus cum ſexto fa, ſol, la ſemper habeto: Tertius ⁊ octauus vt, re, fa, atq; ſecundus. La, ſol, la quartus: vt, mi, ſol ſit tibi quintus. Septimus fa, mi, fa, ſol, ſic omnes eſſe recordor.

¶ De cantibus qui propter eorum aſcenſuz non ſunt auctentici, ⁊ propter eorum deſcenſum non ſunt plagales.

¶ Notandū eſt, q inueniuntur multi cantus, qui ꝑ ſuas breuitates ⁊ cōpoſitiones non pñt iudicari auctentici, nec plagales: q2 non habent aſcenſum, vt auctēnci: nec deſcēſum, vt plagales: vnde huiōi cantus ſunt iudicandi per eorū chordas tali modo, q ſi hñt plures notulas in numero ſupra ipſam chordā, q̄ ſub eadem chorda, tales cantus ſunt auctentici. Si vero plures notulę fuerint inferius, q̄ ſuperius, erunt plagales. Aduertendum

tendū tñ eſt, ꝙ note, q̄ ſituatę ſunt in chorda, nō dēnt cōputari ī numero cuꝫ illis, q̄ ſunt ſuperiꝰ vel inferiꝰ. ¶ Et nota ꝙ chorda primi ⁊ ſcdi toni eſt in manu ī digito auriculari. F. fa. vt. grauī, ⁊ ī linea: Chorda tertij ⁊ quarti toni eſt in G. ſol. re. vt. graui, ⁊ ī ſpatio. Chorda qnti ⁊ ſexti toni eſt ī A. la. mi. re. acuto, ⁊ in linea. Chorda ſeptimi ⁊ octaui toni eſt in B. la. b. mi. acuto, ⁊ in ſpacio.

¶ Sancta Brigida.

¶ Clericoꝝ cātus nō ſit remiſſus, nō fractus, non diſſolutus: ſed honeſtus, ⁊ grauis, vniformis, ⁊ ꝑ oīa humilis. Pſalmodia plus redoleat ſuauitatē mentis, humilitatēqꝫ ⁊ deuotioneꝫ: ꝙ aliꝙ oſtentationē. Nā nō vacat a culpa aīus, qñ cantantē plus delectat nota, ꝙ res que canitur: oīnoqꝫ abominabile eſt deo, qñ vocis eleuatio plus fit ꝑꝑ audientes, quam propter Deum.

¶ Finit compendium muſicę.

## ¶ Exorciſmi contra demoniacos diuerſorum ſanctorum approbati, ⁊ magne efficacię incipiunt.

Quia etiā ad officium ſacerdotum ſpectat ⁊ pertinet vexatis a demonibus per ſibi ab eccleſia traditā ptātē, quantum in ſe eſt, per diuinā gratiam manus imponere, ⁊ demones, tam chriſtianos baptizatos, ꝙ catechumenos vexātes adiurare, exorcizare, ⁊ expellere de eorum corporibus, ſub ſequenter ponuntur in calce huius operis exorciſmi ſanctorum, quos cum puritate ꝯſcientię ⁊ magna humilitate legere dēnt, nihil ſibi, ſed oīa dei virtuti ⁊ eccl'aſticę ptāti attribuēdo.

¶ Sed antequam deueniatur ad exorciſmum, pro informatione exorcizantis notanda ſunt quędam pręambula valde opportuna, quę ſunt ſequentia, videlicet.

¶ Modus quem tenet demon ad intrandum in humana corpora. Cap. 1.
¶ De maleficijs. Cap. 2.
¶ De ſignis, qbus aliquis cognoſcit eſſe demoniacus. Cap. 3.
¶ Signa, qbus aliquis deprehendit eſſe maleficiatus. Cap. 4.
¶ Conditiones exorciſtę, ⁊ qualiter ad hoc officium debet pręparari. Cap. 5.
¶ De ſignis quę apparent quando ſacerdos coniurat maleficiatum. Cap. 6.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

¶ Quem modum teneat demon ad exeundum de humanis corporibus. Cap. 7.
¶ De malitijs ⁊ deceptionibus, quibus vtitur demon erga exorciſtam. Cap 8.
¶ Qui poteſt exorcizare, ⁊ de modo, quem tenere debet exorciſta, quando aliquem vult coniurare. Cap. 9.

## ¶ De modo, quem tenet diabolus ad intrandum in humana corpora. Cap. 1.

Diabolus ingreditur in humana corpora propter deperationẽ, aut pp aliud pctm̃, aut aliqñ permittitur ad exercitationẽ. ¶ Primo duo modi ſunt ad vindictã dñi dei, ſm ſctm̃ Hieron. ſuper Iohelez, vt hz. 23. q. 5. Nonſolum. ¶ Tertius modus eſt ad ſalutem aię, ſicut legitur de aliquibus ſctis, qui fuerunt vexati a demonibus vſq3 ad finẽ vitę eorũ. Anteq̃3 ergo diabolus humana corpora ingrediat, quaſi ſemper, primo apparet eis in effigie alicuius hoĩs, qui mala morte eſt defunctus: aut repñtat aliquẽ ſuũ cõſanguineũ: aut apparet illi in effigie alicuius aĩalis terribilis, vel horribilis. Et ſibi vĩ ꝙ ſubito diſpareat, ſed ingredit ſubito in eum. Et hoc vt plurimũ accidit in nocte, ⁊ ĩ locis opacis ⁊ obſcuris. Et in talibus oppreſſis apparent ſigna quę infra dicemus. Aliqui ẽt intrant per os, aut aures, in modũ venti: aut in modum vnius muris, ſicut narrauerunt talia patientes. Aliquibus etiã dormiẽtibus demones tale ſomniũ induxerunt: ꝙ vz eis videbatur ꝙ demon poſt eos currebat: qui euigilantes inuenti ſunt cũ talibus ſignis demoniacoꝝ: vz ꝙ diabolus erat in eis: vt poſtmodũ clare apparuit. Aliqñ ẽt ingrediuntur percutiendo collum, aut alia membra ipſorum.

## ¶ De maleficijs. Cap. 2.

In omnibus aũt maleficijs eſt pactum aut manifeſtũ, aut ſecretũ, quod habet diabolus cũ malefico: ſm ꝙ currit ſigillũ maleficij: qđ quaſi ſemper eſt res vana. Facto maleficio ſubito diabolus aut pręſentialiter, aut poteſtatiue ingreditur ĩ illã perſonã, ſupra quã factum eſt dictũ maleficiũ: Et hoc eſt ob aliquod occultũ dei iudiciũ. Verũ ſi eſſet aliqua perſona ſancta ⁊ pura, ſicut erat beata Iuſtina, nihil poſſent demones contra ipſam. De his autem longius ⁊ diffuſius tractatur in ſumma Syluеſtrina, ⁊ ſumma Aſteſana, ⁊ in libro magiſtri Ioãnis

nider, qui dr̃ Preceptoriũ diuine legis de decem p̃ceptis. His
adiungo, ꝙ illa oſſa, ⁊ penne inſerte vna in alia: ⁊ multa ⁊ qua-
ſi infinita talia, que in lectis inueniuntur a demone deportata,
ſicut clare fuit deprehenſuz, ſunt extrahẽda, ⁊ igne cõburenda,
dũ dr̃ pſalmus, Exurgat deus. Nec ſequenda eſt illa ſuperſtitio,
quã vulgus ponit de mittendis talibus rebus inuentis ad flu-
uiũ currentẽ. Hoc anno fuit q̃dã iuuencula, cõtra quã quotidie
fiebãt maleficia: q̃ ea, q̃ inuenit in lecto, igne cõbuſſit. Cui ſequẽ
ti nocte diabolus apparuit, ⁊ q̃relatus eſt de tot oꝛonibus, quas
faciebat, ⁊ ꝙ cõbuſſerat ea q̃ inuenerat. Quã iniuriam nemo ei
as fecerat. Cui iuuencula ſpũ ſctõ repleta viriliter r̃ndit, ab eo
petẽs ad qd veniſſet. Qui r̃ndit, ꝙ violenter illuc miſſus fuerat.

¶ De ſignis quibus cognoſcit aliquis eſſe demoniacus. Cap. 3.

Legitur, ꝙ ſiquis non põt ꝯtinuare eſum carnis hedine, p
dies 30. ꝙ talis iudicatur demoniacus. Aliqui demonia-
ci hñt oculos terribiles: ⁊ demones mẽbꝛa eorũ ⁊ corpꝰ deſtruũt
miſerabiliter, ⁊ interficiunt, niſi cito eis ſubueniatur. Aliqui fin-
gunt ſe eſſe fatuos, ⁊ ſemper augent: ſed diſcooperiuntur, ⁊ co-
gnoſcuntur, ſi nolũt dicere pſalmũ. Miſerere mei deus, quon.
vel Qui habitat in ad. aut Euangelium ſcti Joannis. I. In
principio. ⁊ ſimilia ſancta. Eſt etiam magnum ſignum, qñ lo-
quuntur ſermonẽ alienũ a patria ſua: ſi non fuerunt extra pa-
triam: ⁊ qñ perſone illiterate ⁊ idiote loquũtur literaliter ⁊ cõ-
gruenter: aut ẽt cantant muſicaliter: aut quando dicunt aliqd,
quod ipſi nunquam dicere ſciuiſſent. Aliqui ẽt demoniaci ſunt
muti ⁊ ſtupidi. Aliud quoqz ſignum eſt, ꝙ eis ſuperueniunt ter-
rores, ⁊ cito recedunt. Potiſſimum autem cognoſcitur quis eſ-
ſe demoniacus, quia ſi quando leguntur exorciſmi, conturba-
tur: ⁊ hoc ſignum eſt preſentis diaboli, ſicut infra dicemus.

¶ De ſignis, quibus cognoſcitur quis eſſe maleficiatus. Ca. 4.

Aliqui maleficiati hñt colorẽ faciei cedrinum, ⁊ aliqui ocu
los conſtrictos: oĩa eorum membꝛa vr̃ ligata, ⁊ hñt hu-
mores deſiccatos. Duo autem potiſſima ſigna ſunt, conſtrictio
cordis ⁊ oris ſtomachalis: ⁊ qñ videtur eis ꝙ habent vnũ bol
lum ſuper ſtomachũ. Aliqui hñt puncturas in corde tanquã ſi
acubus eſſet punctum. Aliqui vr̃ cor eis corrodi. Aliqui habẽt
magnum dolorem in collo, aut renibus: ⁊ videtur eis ꝙ talia

mēbra a canibus lacerentur. Aliquibus vꝫ ſe hr̄e bollūz in gut-
ture: quod aſcēdit ⁊ deſcēdit. Quibuſdā ligata eſt vena gn̄atio-
nis. Aliqui hn̄t ſtomachū ita indiſpoſitū, ꝙ emittunt per vomi-
tum quicquid comedunt, vel bibunt. Aliquibus per ventrem di-
ſcurrit ventus frigidiſſimus, aut tanquam flamma ignis. Ali-
quibus ſignum eſt in digeſtione cibi: ⁊ potiſſimum quando me-
dicine applicate nihil proſunt infirmo. Aliquibus eſt circa col-
lum continua pulſatio, que videt̄ tremorē inferre. Ultra hec ſi-
gna ſunt etiam alia quamplura, que practicando inueniens.

¶ Conditiones exorciſte: ⁊ qualiter ſe ꝑparare debet. Cap. 5.

Demoniaci ⁊ maleficiati citus liberātur in eccl'a, ꝙ̄ in pri-
uatis domibus. Et prius dēnt cōfiteri. Laudo ꝙ exorciſta
ſit ſacerdos, qui dꝫ eſſe homo vite ſancte, bn̄ ↄfeſſus ⁊ cōtritus,
⁊ ſuper oīa humilis: opus hoc diuine oīpotentie attribuendo.
Qui hortet̄ infirmū, vt oē adiutoriū a diuina maieſtate expectet,
a ſe aūt nihil, niſi modicum laboris, qui ēt eſt ex gr̄a dei. Non ſit
etiā auarus: qꝛ petendo pecunias, aut expectando perderet do-
num tante gratie. Tamē ſi pauper eſt, ſecure poteſt recipere ele-
emoſinam ſibi datam. In illa die omnino celebret prius: qꝛ dia-
bolus plus timet manuum impoſitionem, ⁊ preſentiam ſuam.

¶ De ſignis que apparent, quando ſacerdos coniu-
rat maleficiatum. Cap. 6.

Exorciſta moneat demoniacū vel maleficiatum, ⁊ recolli-
gat mētē ſuā, ⁊ eā ad deū dirigat cū firma fide ⁊ ſpe libera-
tionis ſue a diuina maieſtate, ſi expedit ſaluti anime ſue. Et hēat
crucifixū in manib9 ſuis, ⁊ ponat reliquias ſcōꝝ ligatas in pā-
no ſerico ſuper cor eius, aut ſuper ſtomachū: ⁊ ipſe faciat ſignū
cū manu, quotieſcunqꝫ ſenſerit in aliqua ſui corporis parte com-
moueri, aut pungi. Et hoc vt ſacerdos non cōturbet̄: ſed vt ſciat
ad que verba magis diaboli ↄturbent̄. Et finita ↄiuratione pe-
tat cū ſacerdos de accidentibus, que ſibi ↄtigerunt. Hec ſigna
ſolent accidere qn̄ ſacerdos ponit manū ſuper caput: quia ſen-
tiunt ſub manu rē frigidiſſimā tanꝙ̄ glaciē. Aliquibus deſcen-
dit vētus per humeros ⁊ renes, qui eſt frigidiſſimus. Aliquibus
caput in immenſum aggrauatur. Aliquibus cerebrum conſtrin-
gitur, ⁊ perforatur: ſicut ſi gladio percuteret̄. Aliquibus inflam-
matur caput ⁊ facies, aliqn̄ tota perſona, ac ſi eſſet vapor ignis.

Ali-

Aliquibus febris immēſa cū dolore capitis euenit: ⁊ totum corpus extenuatur ⁊ frangitur. Sed oīa iſta accidentia parum durant: q2 ꝯiuratio tollit demonis vigorē. Aliquibus ꝯſtringitur guttur, adeo ꝙ vīr ſtrangulari. Aliquibus ad orificiū ſtomachi mouetur quedā res ad modum pilę, ac ſi eſſent vermes, ac formicę, aut ranę. Quibuſdā accidit vomitus magnus ſtomachi. Aliquibus maxima tortura in viſceribus. Nonnullis venter vehementer inflatur. Quibuſdā cōſtringitur cor: ac ſi intolerabiliter feriretur. Oſtenditur etiam demon in aliqua parte corporis palpitando ſicut piſcis, aut in modum formicarum. Aliquādo pertranſit a capite vſque ad digitos pedum, ſicut ventus, ⁊ econtra. Ultra iſta ſigna quamplura alia practicando videbis: quia diuerſi demones faciunt diuerſa ſigna.

### ¶ De modo, quem tenet diabolus ad egrediendum de corporibus. Cap. 7.

Si fuerint diaboli, qui loquūtur, ꝯiura eos ꝙ dimittāt corpus illud liberū ⁊ expeditū, ſicut erat qn̄ fuit baptizatus. Et fac eū dare ſignū diſceſſus, per extinctionē candelę. Si vero ſint diaboli, qui nō loquant, ſicut inueniū in maleficiatis, exeūt aliqn̄ per os in modū flāmę ignis: aliqn̄ in modū venti ꝯgelati. Et in exitu videbis inflagari guttur. Egrediuntur etiam per aures ſimili modo diſcedentes a ſtomacho, ſeu corde. Aliqui exeunt per ſeceſſum in ſimilitudinem pilę, quę ſemper gyratur donec exeat. Aliqui in ſimilitudinem ranę, quę ſerpit donec fuerit egreſſa. Aliqui in ſimilitudinem venti frigidiſſimi.

### ¶ De malitiis ⁊ deceptionibus, quibus vtuntur demones ad exorciſtam decipiendum. Cap. 8.

Aliqui demones tm̄ odio hn̄t verba ſancta, ꝙ anteꝗ̄ ꝯiurentur, diſcedunt. Alii expectāt ꝯiuratione, ſed poſtea nō pn̄t eā ſuſtinere. Aliqui aūt ſunt adeo maligni, ꝙ faciunt fatigari exorciſtā per magnū tpis ſpatiū, vt appareat infirmo, ꝙ non ſit demoniacus, ⁊ vt faciant fatigari, ⁊ pati exorciſtā. Aliqui poſteaꝗ̄ ſunt manifeſtati abſcondunt ſe, ⁊ relinquunt corpus liberū ab oī faſtidio, taliter ꝙ infirmus putat ſe eſſe oīno liberatū: ſed non dēt ceſſare exorciſta, donec viderit ſigna liberationis. Aliqui demones ponunt oīa impedimenta, quę pn̄t infirmo, vt non ſi faciat ꝯiurare. Quidā conantur perſuadere ꝙ ſunt infir-



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

mitates naturales: ⁊ ꝙ iſta res eſt vna trupha. Aliqui in medio
coniurationis faciunt dormire infirmam: ⁊ oſtendant ei aliquã
viſionem crucifixi, vel aliorum ſanctorũ ſubtrahendo ſe, vt ſtet
ſecreti: ⁊ oſtendunt infirmum liberũ. Aliqui oſtendunt malefi-
cium factum ſuper ipſum, ⁊ authores maleficii, ⁊ modũ ad illud
diſſipandum. Sed ſit cautus exorciſta, ne faciat aliquaꝫ ſuper-
ſtitionem. Non mireris ſi diabolus in ſuſceptione ſacramẽti eu-
chariſtię demoniacum nõ cõturbet: quia poſtquã intrauit, pau-
latim deſpicit, ⁊ nõ timet ſancta, immo loquitur myſteria fidei
ſanctę, ⁊ confitetur diuinam maieſtatẽ. Et ſupponit perſonam
vexatã, ⁊ ei loquitur in corde, ⁊ facit eã perturbari pro re mini-
ma. Maius tibi dico, ꝙ aliqui dęmones poſt longã vexationẽ
factã alicui perſonę, ſi non expellunt, loquunt per os eius quaſi
ſemper, ⁊ ceſſant ei nocere. Poſtea tandem deprehenduntur.

## ¶ Qui poteſt exorcizare: ⁊ de modo, quem tenere debet exorciſta in coniurando aliquam perſonam. Cap. 9.

NOtandũ autẽ eſt, ꝙ quilibet ſacerdos, ⁊ maxime parochia-
lis, ⁊ quilibet diaconus, aut ſubdiaconus ſi ſibi fuerit cõ-
miſſum per epm, vel preſbyterũ, põt exorcizare. Hoc ẽt poteſt
quilibet purus exorciſta de cõmiſſione vt ſupra. Et ſi ſacerdos
vel diaconus exorcizat, debet hẽre ſuper albam, vel ſuperpelli-
ceũ ſtolam: ſi vero ſubdiaconus, manipulũ: ſi acolytus vel exor-
ciſta, ſuperpelliceũ. i. cottaꝫ tñ. Volens igitur ſacerdos dęmo-
nes expellere, vel adiurare per ptãtem ſibi traditã, debet pri-
mo ſeipſum mundare per humilem ⁊ legitimã cõfeſſionẽ ſuorũ
peccatorũ: ⁊ miſſa celebrata, ſi perſona dęmoniaca vel malefi-
ciata eſt ſana, ducatur ad eccliam: quia ibi facilius obtinebitur
victoria: ⁊ ſi fuerit infirma, vel multũ debilis, coniuretur in do-
mo, hoc modo. Habeat exorciſta ſuperpelliceũ ⁊ ſtolã, ⁊ ponat
partẽ ſtolę collo maleficiati, ⁊ reliquias ſanctorũ ſuper cor eiꝰ,
aut ſuper orificiũ ſtomachi, poſtea incipiat exorciſmũ: Et quan-
do peruenerit ad cõminationẽ, replicet ipſam vſqꝫ decies: ſem-
per pęnam augendo. Et ſi videt profectũ in ipſa, continuet vſ-
que ad liberationẽ. Et ſi magis timeret exorciſmũ, lege illum:
quia vnus dęmon plus timet vnã rẽ quã aliã. Et non deficias
a fine, ſed oportet perſeuerare duabus, tribus, quatuor, aut ſex
horis ꝯtinuis, ⁊ plus donec habeas victoriã. Et dęmones obſti-
nati

nati ſemper querunt defatigare exorciſtā, vt deſinat pro labore
⁊ laſſitudine exorcizare. Et plus timent in prima ꝙ̄ in ſecunda
vice: q̄ꝛ reputant ſe fuiſſe cōſecutos victoriā: qñ dimittit ꝑꝑ laſſi
tudinē exorcizare. Et ſi in prima die non fuerit liberatus, proſe
quatur ſecundo ⁊ tertio, quouſque liberetur ex toto. Quia vide-
bis quotidie demones magis debilitari. Sint ēt p̄ñtes ⁊ fideles
qui etiam orent deum pro infirmo. Debet exorciſta ante om̄nia
facere p̄ceptum demonibus alijs, qui veniſſent ad ſuccurren-
dū demoni vexanti in hunc modū. ¶ Precipio vobis demo-
nes, qui veniſtis in ſuccurſum ⁊ adiutoriū iſtius, vel iſtoꝛuꝫ de-
monum, hanc dei creaturā N. vexantis, vel vexantiū: ex parte
ſanctiſſime Trinitatis Pa ✠ tris ⁊ fi ✠ lij, ⁊ ſp̄us ✠ ſancti, ⁊
ſub pena excōicationis maioris, ⁊ minoris late ſnīe, ⁊ ſub pena
detruſionis in infernum, ⁊ ſub pena immerſionis in ſtagnum
ignis ⁊ ſulphuris per manus inimicorū veſtrorum, ⁊ ſub pena
tradendi vos in poteſtatem inimicorum, ac condemnandi vos
in ſtagnum ignis ⁊ ſulphuris per cētum annos: quatenus nul-
lus adiutorium vel fauorem detis illis demonibus, qui vexant
corpus iſtius creature Dei N. ſed diſcedatis ſtatim, ⁊ eatis ad
loca vobis deputata. Ecce ✠ crucem Domini: fugite partes
aduerſe, vicit leo de tribu Juda, radix Dauid. ¶ Exorcizatu-
rus igitur facta diligenti confeſſione, ⁊ habita abſolutione, in-
dutus ſacris veſtibus pro ſui ordinis qualitate, ſeipſum corde
humilians, ⁊ peccatorem reputans, nec in ſua, ſed domini po-
tentia confidens, deuote, attente, conſtanter, fidenter, ⁊ intrepi
de faciens ſibi ſignum crucis in ſua fronte ter, ⁊ dicens In no-
mine pa ✠ tris, ⁊ fi ✠ lii, ⁊ ſpiritus ✠ ſancti. ℟. Amen.
Ponat manum ſuam ſuper caput demoniaci: ⁊ eam continue
tenens humiliter dicat non ſolum verbotenus ⁊ ſuperficiali-
ter: ſed cum bona fide ſequentes exorciſmos.

¶ Incipit exorciſmus beati Ambroſii archiep̄i mirabilis effi-
cacie ſup demoniacos: cuius practica ꝓprie ſpectat ad ſacerdo
tes. Tu igiť quicunq; fueris nulla leuitate ductus, ſed ſola ne-
ceſſitatis, vel charitatis cā, hanc rē diſponas aſſumere arduā: ⁊
opꝫ ꝙ p̄miſſo triū dierū ieiunio, tertio mane diligēter cū cōtri-
tione ꝯfeſſus miſſā de ſp̄u ſctō deuotiſſime celebres, faciēdo in
ipſa miſſa cōmemorationē de infraſcriptis orationibus. Oro.

Deus

DEus, qui per vnigenitū tuū, excluſa dñatione diaboli, pplm̄ tibi fidelem aptaſti: expelle (qs) a famulo tuo N. cunctas diabolicę illuſionis inſidias: et eū illibatū ab oī eius ipugnatione cōſerua. Per eun. Secreta.

MUnus dñe humilitatis noſtrę pro petitione famuli tui N. oblatū, petimus, vt gratanter aſſumas, et ab eius oppreſſione hoſtis maligni inſidias oēmqȝ poteſtatem benignus excludas. Per dominum noſtrum Jeſum etc. Poſtcommunio.

CŒleſtis panis quem ſumpſimus dñe, et nobis indulgentiam tribuat, et famuluȝ tuum N. ab antiqui hoſtis irriſione defendat. Per do. Completa miſſa ſacerdos non exuat ſe, ſed ſic paratus miſſalibus indumētis, et candelā benedictā accēſam in manu tenens ſtet in medio ante altare, facie verſa ad populum, habens obſeſſum ante pedes ligatum, ſi neceſſe fuerit: et humili corde, deuotoqȝ aſpectu ſe et aſtantes muniat ſigno crucis alta voce dicendo. In nomine pa ✠ tris, et fi ✠ lij, et ſpiritus ✠ ſancti. Amen. ℣. Domine exau. ℟. Et clamor. ℣. Dominus vobiſcum. ℟. Et cum ſpiritu tuo. Oremus. Oratio.

OMnīps dñe, verbū Dei patris, Chriſte Jeſu, et dñe vniuerſę creaturę, qui ſanctis aplīs tuis dediſti ptātem calcandi ſuper ſerpentes et ſcorpiones, qui inter cętera mirabilium tuorū opera, dignatus es docere dęmones effugare, cuius virtute victus tanq̄ fulgur de cęlo ſatanas cecidit: tuū nomen cū pauore, et tremore ſupplex deprecor, vt mihi indigniſſimo ſeruo tuo data venia pcōrum, ꝯfidentiā et poſſibilitateȝ donare digneris, vt hunc crudelē draconē, brachij tui munitus potētia fideliter et ſecurus aggrediar per te Jeſu Chriſte dñe Deus noſter. Qui viuis et regnas cū eodē patre in vnita. Hac orōne cōpleta aſpgat egrotū aqua benedicta in modū crucis, dicendo. In noīe pa ✠ tris, et fi ✠ lij, et ſpiritus ✠ ſancti. Amen. ℣. Dñe exaudi. ℟. Et clamor. ℣. Dominus vo. ℟. Et cum. Oremus. Oratio.

OMnīps ęterne deus, a cuius facie cęli diſtillant montes ſicut cera liqueſcunt: terra tremit: cui patent abyſſi, quem infernus paueſcit, quem oīs terrarū motus aſpicit, humiliter te ſupplex deprecor dñator dñe, vt inuocatione noīs tui ab huius famuli tui N. vexatione aīa liberata, ad authorē ſuę ſalutis recurrat: liberatorēqȝ ſuū diabolico depulſo fętore, et odore ſuauiſſimo

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

uiſſimo ſpiritui creatoris tui. Tunc ſiue rñderit ſiue non, fideli
Jeſum Chriſti permiſſione proſequere coniurationem. Cõiuratio.
Coniuro te ſerpẽs antique per iudicẽ viuorum ⁊ mortuorũ,
per factorẽ mundi, per euz, qui habet ptãtem mittere te ĩ
gehennã: vt ab hoc famulo dei N. qui ad eccleſię ſuę currit prę
ſidia, feſtinus diſcedas. Adiuro te non per meã infirmitatez, ſed
per virtutẽ ſpũs ſcti: vt exeas ab hoc famulo dei N. quem dñs
Jeſus Chrĩs fecit ad imaginẽ ⁊ ſimilitudinẽ ſuã. Cede, cede, non
mihi, ſed miniſtro Chriſti. Jllius. n. te vrgeat poteſtas, qui te
affixus In fronte cru ✠ ci ſuo ſubiugauit imperio. Jllius bra
✠ chiũ ↄtremiſce: qui de cunctis gemitibus inferni animas iu
ſtorũ ad lucẽ perduxit. Sit tibi terror corpus hoĩs: ſitq; tibi ter
ror imago dei: nec reſiſtas, nec moreris diſcedere ab hoĩe iſto:
qa cõplacuit deo, vt in hoĩe habitaret. Et ne me infirmiſſimuz
ↄtemnendũ putes: dũ me pctõrem eſſe cognoſcis. ✠ Jmperat
tibi deus. ✠ Jmperat tibi maieſtas Chriſti. ✠ Jmperat tibi
deus pr̃. ✠ Jmperat tibi filius. ✠ Jmperat tibi ſpũs ſanctus.
✠ Jmperat tibi fides apl̃orum Petri ⁊ Pauli, ⁊ cęterorũ apo
ſtolorũ. ✠ Jmperat tibi ſanguis martyrum. ✠ Jmperat tibi
ſacrũ In fronte crucis. ✠ Jmperat tibi myſteriorum virtus.
✠ Jmperat tibi Jeſus Nazarenus. ✠ Jmperat tibi Verbum
caro factum. ✠ Exi tranſgreſſor: exi ſeductor plene oĩ dolo ⁊
fallacia, veritatis inimice. Da locum diriſſime: da locum im=
piiſſime: da locum Chriſto: in quo nihil inueniſti de operibus
tuis nephandis: qui te expoliauit: qui regnũ tuũ deſtruxit: qui
te victuz ligauit: ⁊ vaſa tua diripuit: qui te proiecit in tenebras
exteriores: vbi tibi cũ miniſtris tuis erit pręparatus interitus.
Sed quid truculẽte recogitas? quid temerarie retractas? reus
oĩpotenti deo, cuius ſtatuta tranſgreſſus es: reus Jeſu Chriſto
filio eius, quẽ temerarie auſus es tentare, ⁊ crucifigere pręſum=
pſiſti: reus humano generi: cui tuis perſuaſionibus mortis fru=
ctum ꝓpinaſti. Si adhuc non receſſerit, tu humilius ⁊ attẽtius
ꝓſequere: ⁊ nunq̃ moreris ꝓp nugas: aut quęcunq; verba fal=
ſa diaboli. ℣. Dñs vobiſcum. ℟. Et cum ſpi. Oremus. Oratio.
Domine ſancte, pater omnipotens, ęterne deus: oſanna ĩ
excelſis: pater dñi noſtri Jeſu Chri: qui illum refugaz ty=
rannũ gehẽnę ignibus deputaſti, quiq; vnigenitũ tuuz in hũc

D Eus, qui per vnigenitũ tuũ, excluſa dñs beatorũ aplor̃ li, ꝓpriũ tibi fidelem aptaſti: expelle (q̄s) Petri apſti: vt N. cunctas diabolicę illuſionis inſidias: & eũ cũ ſigno tũ ab oĩ eius ĩpugnatione cõſerua. Per eun. Secreta.

M Unus dñe humilitatis noſtrę pro petitione famuli tui N. oblatũ, petimus, vt gratanter aſſumas, & ab eius oppreſſione hoſtis maligni inſidias oẽmq; poteſtatem benignus excludas. Per dominum noſtrum Jeſum &c. Poſtcommunio.

C Oeleſtis panis quem ſumpſimus dñe, & nobis indulgentiam tribuat, & famulũ tuum N. ab antiqui hoſtis irriſione defendat. Per do. Completa miſſa ſacerdos non exuat ſe, ſed ſic paratus miſſalibus indumẽtis, & candelã benedictã accẽſam in manu tenens ſtet in medio ante altare, facie verſa ad populum, habens obſeſſum ante pedes ligatum, ſi neceſſe fuerit: & humili corde, deuotoq; aſpectu ſe & aſtantes muniat ſigno crucis alta voce dicendo. In nomine pa ✠ tris, & fi ✠ lij, & ſpiritus ✠ ſancti. Amen. ℣. Domine exau. ℟. Et clamor. ℣. Dominus vobiſcum. ℟. Et cum ſpiritu tuo. Oremus. Oratio.

O Mñs dñe, verbũ Dei patris, Chriſte Jeſu, & dñe vniuerſę creaturę, qui ſanctis apl'is tuis dediſti ꝑtãtem calcandi ſuper ſerpentes & ſcorpiones, qui inter cętera mirabilium tuorũ opera, dignatus es docere dęmones effugare, cuius virtute victus tanq̃ fulgur de cęlo ſatanas cecidit: tuũ nomen cũ pauore, & tremore ſupplex deprecor, vt mihi indigniſſimo ſeruo tuo data venia pcõrum, ꝯfidentiã & poſſibilitatẽ donare digneris, vt hunc crudelẽ dracone͂, brachij tui munitus potẽtia fideliter & ſecurus aggrediar per te Jeſu Chriſte dñe Deus noſter. Qui viuis & regnas cũ eodẽ patre in vnita. Hac oꝛõne cõpleta aſpergat ęgrotũ aqua benedicta in modũ crucis, dicendo. In noĩe pa ✠ tris, & fi ✠ lij, & ſpiritus ✠ ſancti. Amen. ℣. Dñe exaudi. ℟. Et clamor. ℣. Dominus vo. ℟. Et cum. Oremus. Oratio.

O Mñs ęterne deus, a cuius facie cęli diſtillant montes ſicut cera liqueſcunt: terra tremit: cui patent abyſſi, quem infernus paueſcit, quem oĩs terrarũ motus aſpicit, humiliter te ſupplex deprecor dñator dñe, vt inuocatione noĩs tui ab huius famuli tui N. vexatione aĩa liberata, ad authorẽ ſuę ſalutis recurrat: liberatorẽq; ſuũ diabolico depulſo fętore, & odore ſuauiſſimo

oblitus es dñi creatoris tui. Tunc ſiue rñderit ſiue non, fideli-
ter ꝛ ſine intermiſſione proſequere coniurationem. Cõiuratio.

Adiuro te ſerpẽs antique per iudicẽ viuorum ꝛ mortuorũ,
per factorẽ mundi, per euz, qui habet ptãtem mittere te ĩ
gehennã: vt ab hoc famulo dei N. qui ad eccleſię ſuę currit pręſ-
idia, feſtinus diſcedas. Adiuro te non per meã infirmitatez, ſed
per virtutẽ ſpũs ſcti: vt exeas ab hoc famulo dei N. quem dñs
Jeſus Chrs fecit ad imaginẽ ꝛ ſimilitudinẽ ſuã. Cede, cede, non
mihi, ſed miniſtro Chriſti. Illius. n. te vrgeat poteſtas, qui te
affixus In fronte cru ✠ ci ſuo ſubiugauit imperio. Illius bra
✠ chiũ ɔtremiſce: qui de cunctis gemitibus inferni animas iu-
ſtorũ ad lucẽ perduxit. Sit tibi terror corpus hoīs: ſitqȝ tibi ter-
ror imago dei: nec reſiſtas, nec moreris diſcedere ab hoīe iſto:
qa cõplacuit deo, vt in hoīe habitaret. Et ne me infirmiſſimuz
ɔtemnendũ putes: dũ me pctõrem eſſe cognoſcis. ✠ Imperat
tibi deus. ✠ Imperat tibi maieſtas Chriſti. ✠ Imperat tibi
deus pr̃. ✠ Imperat tibi filius. ✠ Imperat tibi ſpũs ſanctus.
✠ Imperat tibi fides apſorum Petri ꝛ Pauli, ꝛ cęterorũ apo-
ſtolorũ. ✠ Imperat tibi ſanguis martyrum. ✠ Imperat tibi
ſacrũ In fronte crucis. ✠ Imperat tibi myſteriorum virtus.
✠ Imperat tibi Jeſus Nazarenus. ✠ Imperat tibi Verbum
caro factum. ✠ Exi tranſgreſſor: exi ſeductor plene oī dolo ꝛ
fallacia, veritatis inimice. Da locum diriſſime: da locum im-
piiſſime: da locum Chriſto: in quo nihil inueniſti de operibus
tuis nephandis: qui te expoliauit: qui regnũ tuũ deſtruxit: qui
te victuz ligauit: ꝛ vaſa tua diripuit: qui te proiecit in tenebras
exteriores: vbi tibi cõ miniſtris tuis erit pręparatus interitus.
Sed quid truculẽte recogitas? quid temerarie retractas? reus
oīpotenti deo, cuius ſtatuta tranſgreſſus es: reus Jeſu Chriſto
filio eius, quẽ temerarie auſus es tentare, ꝛ crucifigere pręſum-
pſiſti: reus humano generi: cui tuis perſuaſionibus mortis fru-
ctum ꝓpinaſti. Si adhuc non receſſerit, tu humilius ꝛ attẽtius
pſequere: ꝛ nunq̃ moreris pp nugas: aut quęcunqȝ verba fal-
ſa diaboli. ℣. Dñs vobiſcum. ℟. Et cum ſpi. Oremus. Oratio.

Domine ſancte, pater omnipotens, ęterne deus: oſanna ĩ
excelſis: pater dñi noſtri Jeſu Chri: qui illum refugaz ty-
rãnũ gehẽnę ignibus deputaſti, quiqȝ vnigenitũ tuuz in hũc
mundum

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

mundū miſiſti, ⁊ illū rugientē contereret, velociter attende, ac celera, vt eruas hoiem ad imaginē ⁊ ſimilitudinē tuā creatū a ruina ⁊ demonio meridiano. Da dñe terroꝛē ſuper beſtiā, que exterminat vineā tuā: da fiduciā dñe ſeruis tuis ↄtra nequiſſimū dꝛaconē foꝛtiſſime ſtare. Non ↄtemnat dñe ſperātes in te, ⁊ de tua miſericoꝛdia pſumentes, nec dicat ſicut in pharaone iā dixit: Deū non noui, ⁊ Jſrael non dimittā. Urgeat illuꝫ dñe dextera tua potens, diſcedere a famulo tuo. Ne diutius preſumat captiuū tenerem hoiem, quē tu ad imaginē tuam facere dignatus es, ⁊ in fine ſeculi per ſanguineꝫ filii tui redemiſti. Per eundem dominum noſtrum Jeſum Chꝛiſtū ⁊c. ¶ Coniuratio.

Adiuro te itaqꝫ dꝛaco nequiſſime in noie ✠ in fronte agni immaculati, qui ambulat ſuper aſpidē ⁊ baſiliſcū, qui ↄculcat leonē ⁊ dꝛaconē, vt diſcedas ab hoie ✠ in fronte iſto, diſcedas ab eccl'a dei: ✠ iſta crux fiat ſuper circunſtantes Contremiſce ⁊ fuge inuocato noie illius, quē inferni tremunt, cui virtutes celoꝝ ⁊ ptātes ſubiecte ſunt, queꝫ cherubim ⁊ ſeraphim indefeſſis vocibus laudāt dicentes Sanctus, Sanctus, Sanctus dñs deus ſabaoth. Jmperat tibi Jeſus Nazarenus, qui te (cū diſcipulos eius ↄtemneres) eliſum ⁊ pꝛoſtratum exire iuſſit ex hoie. Quo pñte cū te ab hoie ſeparaſſet, nec poꝛcoꝝ gregem pſumebas contingere. Recede ergo nunc adiuratus in noie ✠ eius. Jn fronte ab hoie iſto, quē ipſe plaſmauit. Duruꝫ eſt tibi Chꝛiſto velle reſiſtere, durū eſt tibi cōtra ſtimulū calcitrare: qa quāto tardius exis, tanto maius tibi ſupplicū creſcit: qa nō hoieꝫ ↄtemnis: ſed illū, qui eſt dñatoꝛ viuoꝝ ⁊ moꝛtuoꝝ. Qui venturus eſt iudicare viuos ⁊ moꝛtuos, ⁊ ſeculū per ignē. ℞. Amen.

¶ Si adhuc non receſſerit ſpus malignus, aut ſuperius non rñderit, pꝛecipe vt ſupꝛa. Jtē interroga qua cauſa venit, ⁊ quare oppꝛimit eū. Jnterroga ēt ſi ſit alij ſpūs oppꝛimentes, ⁊ quot, ⁊ oēs eijciant. Eſto pꝛudens ⁊ circumſpectus in interrogationibus ne decipiaris. Magis ſtude cuꝫ humilitate mentis, que ad talia eſt neceſſaria, liberare creaturam Dei, ꝙ loqui cuꝫ demonibus, vel cum aliquo eoꝛum, ſicut fecerunt ſancti. Demum factis interrogationibus, ſi non receſſerit, ſiue rñderit, ſiue non pꝛoſequere ↄfidenter adiurationem ſequentē. Coniuratio

Adiuro te oīs immundiſſime ſpūs, oē phātaſma, oīs inc-

ſi-

ſio ſatanę: in noīe Je ✠ ſu Chriſti Nazareni, qui poſt lauacrū
Jordanis in deſertum ductus eſt: ꝛ te in tuis ſedibus vicit: vt
quē ille de limo terrę ad honorem glorię ſuę formauit, tu deſi-
nas impugnare, ꝛ in hoīe miſerabili non humanā fragilitatē,
ſed imaginē oīpotentis dei ꝯtremiſcas. Cede ✠ ergo deo, qui
te humiliato famulo ſuo Job in ſeruitutem redegit. Cede ✠
deo, qui te per Danielē puerū ſuū perdidit, ꝛ draconē proſtra-
uit. Cede ✠ deo, qui te per fideliſſimū ſeruū ſuū Dauid, de rege
Saule ſpūalibus canticis pulſum fugauit. Cede ✠ deo, qui te
per malitiaꝫ tuā in Pharaone ꝛ eius exercitu, per Moyſen ſer
uum tuum in abyſſum demerſit. Cede ✠ deo, qui te in Juda
iſcarioth proditore damnauit. Jlle. n. te diuinis angit verberi-
bus: in cuius cōſpectu cū tuis legionibus tremens ꝛ clamās di
xiſti, Quid nobis ꝛ tibi Jeſu fili Dei? Veniſti ante tp̄s torquere
nos. Jlle te flammis perpetuis vrget, qui in fine tp̄um dictu-
rus eſt impiis, Jte maledicti in ignē ęternū, quē pręparauit pa
ter meus diabolo ꝛ angelis eius. Tibi. n. impie ꝛ angelis tuis
vermes erunt, qui nunq̄ morientur. Tibi ꝛ angelis tuis in ex-
tinguibile pręparatur incēdiū: qꝛ tu es princeps maledicti ho
micidii, tu author inceſtus, tu ſacrilegorum caput, tu artium
peſſimarum magiſter, tu hęreticorum doctor, tu totius obſcęni
tatis inuentor. Exi ✠ ergo impie. Exi ✠ ſcelerate. Exi ✠ cum
oī fallacia tua: qꝛ Jn fronte hoīem tēplum ſuū voluit eſſe deus.
Sed quid diutius moraris hic? Da honorem Deo ✠ patri oī-
potenti, cui oē genu flectitur. Da locū dn̄o Jeſu ✠ Chriſto, qui
pro hoīe ſanguinē ſuū ſacratiſſimū fudit. Da locū ſp̄ui ✠ ſan-
cto, qui per beatum Ap̄ſum ſuū Petrum manifeſte te ſtrauit in
Simone mago, qui fallaciā tuā in Anania ꝛ Saphira ꝯdemna
uit, qui te in Herode Rege honoreꝫ Deo non dante percuſſit,
qui te in Elyma mago per Ap̄ſum ſuū Paulū cęcitatis caligine
perdidit, ꝛ per eundem de Phytoniſſa verbo imperans exire
pręcepit. Diſcede ergo nunc, ✠ diſcede ſeductor. ✠ Tibi ere-
remus ſedes eſt: tibi habitatio ſerpens eſt: humiliare ꝛ proſter
nere. Jā non eſt differendi tp̄s. Ecce. n. dn̄ator dn̄s proximat ci
to: ꝛ ignis ardebit ante ipſum: ꝛ pręcedet ꝛ inflammabit in cir
cuitu inimicos ſuos. Si. n. hoīes fallis, deū non poteris irride-
re. Jlle te eiicit, cuius oculis nihil occultū eſt. Jlle te expellit,

cuius virtuti vniuerſa ſubiecta ſunt. Ille te excludit, qui tibi ⁊ angelis tuis pparauit eternā gehennaz: de cuius ore exiet gladius bis acutus. Qui venturus eſt iudicare viuos ⁊ mortuos, ⁊ ſeculum per ignē. ℟. Amen. Si adhuc his dictis fatigatur oppreſſus, tunc ſequere: ⁊ dic ℣. Domine exau. ℟. Et clam. ℣. Dominus vobiſcum. ℟. Et cum ſpiri. Oremus. Oratio.

OMnipotēs ſempiterne deus, pater dñi noſtri Jeſu Chriſti: te ſuppliciter deprecamur, vt imperes diabolo: q hunc famulū tuū N. petinet, vt ab eo diſcedat: ⁊ libera eū, qui credit in verū liberatorē dñm nr̄m Jeſum Chr̄m: vt purgatus ab oi labe iniquitatis maieſtati tue pura mente deſeruiat. Per eundē dominuz. His expletis, ſi ſpūs immundus non receſſerit: reincipiendū eſt ab illo loco ſupra: in hoc exorciſmo: vbi ſic habet. Omnipotens ſempiterne deus, a cuius faci. ⁊c. fo. 319. ⁊ ordine pdicto pſequendū eſt vſq; in finez. Nec pp hoc exorciſta diffidat: q; ſepe probatum eſt, q multiplicatio in duobus vel trib⁹ dieb⁹ adepta eſt victoriā: quā i vna vice tm̄ nō potuit adipiſci.

¶ Finit notabilis ⁊ efficax exorciſmus contra demoniacos beati Ambroſij Archiepiſcopi.

¶ Incipit alius Exorciſmus optimus ⁊ probatus. ℣.

ADiutorium nr̄m in noīe dñi. ℟. Qui fecit celū ⁊ terrā. ℣. Sit nomen dñi benedictuz. ℟. Ex hoc nūc ⁊ vſq; in ſeculū. ℣. Ecce cru ✠ cez dñi: fugite partes aduerſe. ℟. Vicit leo de tribu Juda. ℣. Deuz qui te genuit dereliquiſti. ℟. Et oblitus es dñi creatoris tui. Pſal. Exurgat Deus ⁊ diſſipentur inimici eius: ⁊ fugiant, qui oderunt eum, a facie eius. folio. 187. Pſalmus.

IN dño confido: quō dicitis aie mee, tranſmigra in mōtez ſicut paſſer? Quoniam ecce pctōres intenderunt arcū: parauerunt ſagittas ſuas in pharetra: vt ſagittent in obſcuro rectos corde. Quoniam que perfeciſti deſtruxerunt: iuſtus autez quid fecit? Dñs in tēplo ſancto ſuo: dñs in celo ſedes eius. Oculi eius in pauperē reſpiciunt: palpebre eius interrogāt filios hominum. Dñs interrogat iuſtū ⁊ impiū: qui aūt diligit iniquitatez, odit aiam ſuā. Pluet ſup pctōres laqueos ignis: ſulphur ⁊ ſpūs procellarū pars calicis eorū. Quoniam iuſt⁹ dñs ⁊ iuſtitias dilexit: equitatem vidit vultus eius. Ps. Deus in adiutorium. folio. 17. Ps.

I Udica dñe nocentes me: expugna impugnantes me. A p
prehēde arma ꝛ ſcutū: ꝛ exurge in adiutoriū mihi. E ffun
de frameā, ꝛ ↄclude aduerſus eos, qui perſequūtur me: dic aīe
meę, ſalus tua ego ſum. C onfundantur ꝛ reuereantur quęren-
tes aīam meā. A uertantur retrorſum ꝛ ↄfundantur cogitan-
tes mihi mala. F iant tanq̃ puluis ante faciē venti: ꝛ angelus
dñi coarctans eos. F iant vię illorū tenebrę ꝛ lubricū: ꝛ ange
lus dñi perſequens eos. Q m̄ gratis abſconderunt mihi interi
tum laquei ſui: ſuperuacue exprobrauerunt aīam meā. V eniat
illis laqueus quē ignorant, ꝛ captio quā abſconderunt appre-
hendat eos, ꝛ in laqueum cadant in idipſum. A nima aūt mea
exultabit in dño, ꝛ delectabitur ſup ſalutari ſuo. O ia oſſa mea
dicent: dñe quis ſimilis tui? E ripiens inopē de manu fortiorū
eius, egenū ꝛ pauperē a diripientibus eum. S urgentes teſtes
iniqui, quę ignorabā interrogabant me. R etribuebant mihi
mala pro bonis: ſterilitatē aīę meę. E go aūt cū mihi moleſti
eſſent, induebar cilicio. H umiliabā in ieiunio aīam meā: ꝛ orō
mea in ſinu meo ↄuertetur. Q uaſi proximū ꝛ quaſi fratrē no-
ſtrū ſic complacebā: quaſi lugens ꝛ cōtriſtatus ſic humiliabar.
E t aduerſum me lętati ſunt, ꝛ conuenerūt: ↄgregata ſunt ſup
me flagella, ꝛ ignoraui. D iſſipati ſunt nec cōpuncti, tentaue-
runt me, ſubſannauerunt me ſubſannatione: frenduerūt ſuper
me dentibus ſuis. D ñe qñ reſpicies reſtitue aīam meā a mali-
gnitate eorū: a leonibus vnicā meā. C onfitebor tibi in eccl'a
magna: in populo graui laudabo te. N on ſupergaudeāt mihi
qui aduerſantur mihi inique: qui oderunt me gratis, ꝛ annuūt
oculis. Q m̄ mihi quidē pacifice loquebantur, ꝛ in iracūdia ter
rę loquentes dolos cogitabant. E t dilatauerunt ſuper me os
ſuū: dixerunt, euge euge, viderunt oculi noſtri. V idiſti dñe, ne
ſileas: dñe ne diſcedas a me. E xurge ꝛ intende iudicio meo,
deus meus ꝛ dñs meus in cām meā. I udica me ſm̄ iuſtitiam
tuā dñe deus meus: ꝛ nō ſupergaudeant mihi. N on dicant in
cordibus ſuis euge euge aīę nrę: nec dicant, deuorabimus eū.
E rubeſcant: ꝛ reuereantur ſimul qui gratulantur malis meis.
I nduantur confuſione ꝛ reuerentia: qui maligna loquuntur
ſuper me. E xultent ꝛ lętentur qui volunt iuſtitiā meā, ꝛ dicant
ſemper magnificetᷣ dñs qui volunt pacē ſerui eius. E t lingua

mea meditabitur iuſtitiã tuã, tota die laudẽ tuã. Kyrie eleiſon. Chriſte elei. Kyrie elei. Pater nr̃. ℣. Saluũ fac ſeruũ tuum. ℟. Deus meus ſperantẽ in te. ℣. Nihil proficiat inimicus in eo. ℟. Et filius iniquitatis nõ apponat nocere ei. ℣. Mitte ei domine auxiliũ de ſancto. ℟. Et de Sion tuere eũ. ℣. Eſto ei dñe turris fortitudinis. ℟. A facie inimici. ℣. Nihil proficiat inimicus in nobis. ℟. Et filius iniquitatis nõ apponat nocere nobis. ℣. Dñe exau. ℟. Et cla. ℣. Dñs. ℟. Et cũ. Oremus. Oro.

Dominus nr̃ Jeſus Chriſtus Dei ⁊ virginis filius, qui in hũc mũdum apparuit, vt opera diaboli diſſolueret ⁊ diſſiparet, ⁊ diſcipulis ſuis, quos mittebat in vniuerſum mũdũ ad predicandũ euangeliũ oĩ creaturę, ptãtem dedit ſuper oĩa demonia: vt languores curarent: per inuocationẽ ſui ſanctiſſimi nois, ⁊ per impoſitionẽ manuũ noſtrarũ, ipſe per ſuã miſericordiã ⁊ pietatẽ, ⁊ per merita ⁊ preces beatiſſimę virginis Marię matris ſuę, ⁊ oĩum ſcõrum, ⁊ ſctãrum dei, dignetur diſſoluere a te oẽ opus diaboli: vt de cętero non dñetur tibi inimicus: neque maledictus ſatanas creatura damnata ⁊ reprobata, ⁊ maledicta a deo in ęternũ pp ſuã nequitiã audeat vexare corpus tuũ aut aĩaz tuã, non perturbare ſenſus tuos interiores vel exteriores, nec illudere tibi aliqua illuſione vel perſecutione fantaſtica: ſed plene liberatus a ptãte ſatanę cũ bono ſenſu ⁊ ſapiẽtia, cum ſanitate mentis ⁊ corporis, ſcias te ipſum gubernare irreprehenſibiliter per bona opera, in laudẽ ⁊ gloriã ſanctiſſimi nois dñi noſtri Jeſu Chriſti, ⁊ beatiſſimę virginis Marię matris eius, ⁊ ſaluationem aię tuę, ⁊ conſolationez tui ⁊ tuorũ. In nomine pa ✠ tris, fi ✠ lii, ⁊ ſpiritus ✠ ſancti. ℟. Amen.

Initium ſancti Euangelii ſm Joannẽ. In principio erat ver.

Sequentia ſancti Euangelii ſecundum Lucam.

In illo tpe: miſſus eſt angelus Gabriel a Deo in ciuitatez Galileę, cui nomen Nazareth, ad virginẽ deſponſatã viro, cui nomẽ erat Joſeph de domo Dauid: ⁊ nomen virginis Maria. Et ingreſſus angelus ad eã dixit. Aue gr̃a plena: dñs tecũ: benedicta tu in mulieribus. Quę cũ audiſſet, turbata eſt in ſermone eius: ⁊ cogitabat qualis eſſet iſta ſalutatio: ⁊ ait angelus ei. Ne timeas Maria, inueniſti .n. gr̃am apud Deũ. Ecce cõcipies in vtero ⁊ paries filiũ, ⁊ vocabis nomẽ eius Jeſum. Hic



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

erit magnus, ꝛ filius altiſſimi vocabitur. Et dabit illi dñs deus
ſedē Dauid pr̄is eius: ꝛ regnabit in domo Jacob in eternū: ꝛ
regni eius non erit finis. Dixit aūt Maria ad angelū, Qūo fiet
iſtud, qm̄ virū nō cognoſco? Et rn̄dens angelus dixit ei. Spūs
ſcūs ſuperueniet in te, ꝛ virtus altiſſimi obūbrabit tibi. Ideo-
que ꝛ qđ naſcetur ex te ſanctū, vocabit̄ filius dei. Et ecce Eliſa-
beth cognata tua: ꝛ ipſa ꝯcepit filiū i ſenectute ſua. Et hic men
ſis eſt ſextus illi, que vocatur ſterilis: quia non erit impoſſibi-
le apud deū oē verbū. Dixit aūt Maria: Ecce ancilla dñi, fiat
mihi ſm̄ verbū tuū. Sequētia ſancti Euangelii ſm̄ Marcum.

In illo tempore: Recumbentibus vndecim diſcipulis. ſupra
fol. 83. In nomine pa ✠ tris, ꝛ fi ✠ lii, ꝛ ſpiritus ✠ ſancti.
Amen. Chri ✠ ſtus vincit. Chri ✠ ſtus regnat. Chri ✠ ſtus
imperat. Sequentia ſancti Euangelii ſecundum Lucam.

In illo tp̄e: Reuerſi ſunt ſeptuagintaduo diſcipuli cū gau-
dio dicentes: Domine etiam demonia ſubijciūtur nobis
in nomine tuo. Et ait: Videbam ſatanam ſicut fulgur de celo
cadentem. Ecce dedi vobis ptātem calcandi ſuper ſerpentes ꝛ
ſcorpiones ꝛ ſuper oēm virtutē inimici: ꝛ nihil vobis nocebit.
Veruntamen in hoc nolite gaudere: quia ſpiritus ſubijciūtur
vobis. Gaudete autem, qa nomina veſtra ſcripta ſunt in celis.

Ergo maledicte diabole, creatura damnata ꝛ reprobata
ꝛ maledicta a deo in eternū pp̄ tuā neqtiā ſpūs immūde,
vbicunqȝ latitas in corpore iſtius N. recognoſce ſniam tuā, ꝛ
cognoſce ſniam iuſtiſſime dānationis nequitie tue. Et lȝ inui-
tus ꝛ coactus, ꝯtra tuā nequiſſimā voluntatē, da honorē Deo
viuo ꝛ vero: da honorē Jeſu Chriſto filio eius, dño ꝛ ſaluatori
nr̄o: da honorē ſpūi ſcō: ꝛ recede ab hoc famulo dei N. ꝛ nūq̄
de cetero ad ipſum accedes: qa iſtum ſibi deus ꝛ dñs nr̄ Jeſus
Chriſtus ad ſuā ſanctā gratiam ꝛ benedictionē, fontemqȝ ba-
ptiſmatis dono ſue gratie vocare dignatus eſt. Et hoc ſignum
ſancte cru ✠ cis, qđ nos in fronte eius damus, tu maledicte
diabole dānate atqȝ dānāde, ſpūs immūde, nunq̄ audeas vio
lare per nomē ꝛ per virtutē eiuſdē dñi noſtri Jeſu Chriſti. Qui
venturus eſt iudicare viuos ꝛ mortuos, ꝛ ſeculum per ignem.

Audi maledicte ſatana: audi creatura dānata ꝛ reproba-
ta ꝛ maledicta a deo in eternum pp̄ tuam nequitiā: audi



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ſpūs immunde vbicunqꝫ latitas in corpore iſtius N. adiuratus
per nomē eterni Dei ⁊ ſaluatoris nr̄i Jeſu Chr̄i, cū tua victus
inuidia tremens gemenſqꝫ diſcede. Nihil tibi cōe ſit in iſto fa-
mulo dei N. da igitur honorē aduenīēti ſpūi ſcō: qui ex ſumma
celi arce deſcendens perturbatis fraudibus tuis, diuino fonte
purgatū pectus, ſciſſimum deo tēplū ⁊ habitaculū perfecit: ⁊ ab
om̄nibus penitus noxijs preteritorū criminū in baptiſmate li
berauit: vt ſic perenniter deo gr̄as referat ſemper: ⁊ benedicat
nomen eius ſanctum in ſecula ſeculorum. Amen. Exorcizatio.

Exorcizo te, ⁊ adiuro, ⁊ anathematizo te immunde ſpirit⁹
creatura dānata, ⁊ reprobata, ⁊ maledicta a deo in eter-
nū pp neqtiā tuā, ſpiritus immūde vbicūque latitas in corpore
iſtius N. in noīe Dei pa ✠ tris, ⁊ in noīe Jeſu Chriſti fi ✠ lij
eius dn̄i ⁊ ſaluatoris nr̄i, ⁊ in virtute ſpūs ✠ ſancti: vt exeas ⁊
recedas ab hoc famulo Dei N. ⁊ nunq̄ de cetero ad eum acce
das. Ipſe. n. tibi imperat maledicte dānate: qui pedibus ſupra
mare ambulauit: ⁊ Petro mergenti dexterā porrexit. Qui ven-
turus eſt iudicare viuos ⁊ mortuos, ⁊ ſeculū per ignē. ℟. Am̄.

Nec te lateat maledicte ſatana, nec te lateat creatura dā-
nata, ⁊ reprobata, ⁊ maledicta a Deo in eternū pp neq-
tiā tuam: nec te lateat ſpiritus immunde vbicunque latitas in
corpore iſtius viri, vel mulieris, imminere tibi diē iudicii ſempi
terni, diē, qui venturus eſt velut clibanus ardens: in quo tibi ⁊
oībus angelis tuis apoſtaticis eternus ſuperueniet interitus.
Et ideo pro tua nequitia dānate atqꝫ dānande, da honorē deo
✠ viuo ⁊ vero: da honorē Jeſu ✠ Chriſto deo ⁊ ſaluatori no-
ſtro: da honorē ſpūi ✠ ſctō: in cuius noīe atqꝫ virtute ego p̄ci-
pio tibi immunde ſpūs vbicunqꝫ latitas in corpore iſtius N. vt
exeas ⁊ recedas ab eo: ⁊ nunq̄ de cetero ad ipſum accedas: q̄
iſtū deus ⁊ dn̄s nr̄ Jeſus Chr̄s ad ſuaꝫ ſcām gr̄am ⁊ benedictio
nē fontēqꝫ baptiſmatis dono ſue gr̄e vocare dignatus eſt: vt fie
ret eius tēplū per aquā regn̄ationis, ⁊ remiſſioneꝫ om̄ium pecca-
torū per nomen ⁊ virtutē eiuſdeꝫ Dei ⁊ dn̄i noſtri Jeſu Chriſti:
Qui venturus eſt iudicare viuos ⁊ mortuos ⁊c. ℟. Amen.

De ſumma trinitate ⁊ fide catholica. cap. Firmiter.

Firmiter credimus, ⁊ ſimpliciter cōfitemur q̄ vnus ſolus
eſt ver⁹ de⁹, eternus, immenſus, ⁊ incōmutabilis, ⁊ incō-
prehenſi

pꝛehenſibilis, oῑ̄ps, ⁊ ineffabilis, pater ⁊ filius ⁊ ſpūs ſctūs, tres
quidem perſonę, ſed vna eſſentia, ſubſtantia ſeu natura ſimplex
oīno. Pater a nullo, filius a pr̄e ſolo, ac ſpūs ſcūs pariter ab v=
troq₃ abſq₃ initio ſemper ac fine: pr̄ generans, filius naſcens, ⁊
ſpūs ſcūs pꝛocedens, ꝯſubſtātiales ⁊ coęquales ⁊ coīpotentes,
⁊ coęterni: vnū vniuerſoꝝ̄ pꝛincipiū, creatoꝛ oīu₃ viſibilium ⁊
inuiſibiliū, ſpūaliū ⁊ coꝛpoꝛaliū: qui ſua oīpotenti virtute ſimul
ab initio tp̄is vtrāq₃ de nihilo ꝯdidit creaturā ſpūalē ⁊ coꝛpo=
ralē: angelicā vc₃ ⁊ mundanā, ac deinde humana₃ quaſi cōem
ex ſpū ⁊ coꝛpoꝛe ꝯſtitutam. Diabolus. n. ⁊ alii dęmones a Deo
quidē natura creati ſunt boni, ſed ipſi per ſe facti ſunt mali: ho=
mo vero diaboli ſuggeſtione peccauit. Hęc ſancta trinitas ſ̄m
cōem eſſentiā indiuidua, ⁊ ſ̄m perſonales pꝛopꝛietates diſcre=
ta per Moyſen ⁊ ſanctos pꝛophetas alioſque famulos ſuos oꝛ=
dinatiſſimā diſpoſitionē tp̄u₃ doctrinā humano generi tribuit
ſalutarē. Et tandem vnigenitus Dei filius Jeſus Chꝛiſtus a to=
ta trinitate cōiter incarnatus, ex Maria ſemper virgine ſpūs
ſanti cooperatione conceptus, verus hō factus, ex aīa rōnali
⁊ humana carne cōpoſitus, vna in duabus naturis perſona, viā
vitę manifeſtius demonſtrauit. Qui cu₃ ſ̄m diuinitatem ſit im=
moꝛtalis ⁊ impaſſibilis, idē ipſe ſ̄m humanitatē factus eſt paſ=
ſibilis ⁊ moꝛtalis: qui etiam pꝛo ſalute humani generis in ligno
crucis paſſus ⁊ moꝛtuus deſcendit ad inferos: reſurrexit a moꝛ
tuis, ⁊ aſcendit in cęlū: ſed deſcendit in aīa: ⁊ reſurrexit in car=
ne: aſcenditq₃ pariter in vtroq₃ venturus in fine ſeculi, iudica=
turus viuos ⁊ moꝛtuos, ⁊ redditurus ſingulis ſ̄m opera ſua ta₃
repꝛobis quam electis: qui oēs cū ſuis pꝛopꝛiis reſurgent coꝛpo
ribus: q̄ nunc geſtant: vt recipiant ſ̄m opera ſua ſiue bona fue=
rint, ſiue mala, illi cū diabolo pęnā perpetuā, ⁊ iſti cū Chꝛo glo
riā ſempiternā. ¶ Una vero eſt fidelu₃ vlis eccl̄ia: extra q̄ꝫ nul=
lus oīno ſaluat̄, in qua idē ipſe ſacerdos eſt ⁊ ſacrificium Jeſus
Chꝛs: cuius coꝛpus ⁊ ſanguis in ſacr̄o altaris ſub ſpēbus pa=
nis ⁊ vini veraciter ꝯtinet̄: tranſubſtantiatis pane in coꝛpus, ⁊
vino in ſanguinē ptāte diuina: vt ad perficiendū myſteriū vni=
tatis accipiamꝰ ipſi de ſuo quod accepit ipſe de nr̄o. Et hoc vti
que ſacr̄m nemo pōt cōficere niſi ſacerdos: qui rite fuerit oꝛdi=
natus ſ̄m claues eccleſię: quas ipſe conceſſit apoſtolis eoꝛumq₃

 ſuc=

ſucceſſoribus Jeſus Chriſtus. Sacr̃m vero baptiſmi, quod ad
dei inuocationẽ, ⁊ indiuiduę trinitatis, vʒ patris ⁊ filij ⁊ ſpũs
ſancti ꝯſecratur in aqua, tã paruulis ꝙ̃ adultis in forma eccleę
a quocunqʒ rite collatũ proficit ad ſalutẽ: ⁊ ſi poſt ſuſceptionẽ
baptiſmi, quiſquã prolapſus fuerit in pcm̃, per verã põt ſemper
pniam reparari. Nõ ſolũ aũt virgines ⁊ ꝯtinentes, verũ ẽt con-
iugati per fidẽ rectã, ⁊ per operationẽ bonã placentes deo ad
ęternam merentur beatitudinem peruenire. Hoc vero ſacro
approbantę concilio credimus ⁊ confitemur, quod vna quedã
ſumma res eſt incomprehenſibilis quidem ⁊ ineffabilis, quę ve
raciter eſt pater ⁊ filius ⁊ ſpiritus ſanctus: tres ſimul perſonę,
⁊ quęlibet earum ſingillatim illa eſſentia eſt.

Symbolum Athanaſij epi. Quicunque vult ſaluus eſſe. fol. 137.

IN huius igitur veritatis firmiſſimę atqʒ certiſſimę virtu-
te, te immunde ſpũs atqʒ ſpurciſſime ⁊ miſerrime, quicun-
que es, ſiue vnus, ſiue plures q̃uocunque ad hunc famulũ oipo-
tentis dei, ⁊ templũ eius in baptiſmo creatũ, vel in cibo, vel in
potu, vel quacunqʒ malefica ſuperſtitione, vel tua malignitate
nequiſſima, aut exigentibus culpis ⁊ criminibus ſuis, ad ipſum
accessũ hẽc p̃ſumpſiſti, vel p̃ſumpſiſtis: vbicunqʒ latitas vel la-
titatis in hoc famulo dei N. a planta pedis vſqʒ ad verticẽ: vel
in veſtibus, ſiue aliquibus ſibi adhęrentibus: in hoc loco habi-
tationis eius: vel vbicunqʒ ſis, te requirimus, te citamus: ⁊ te-
merariã ⁊ p̃ſumptuoſam inuaſionẽ, agitationẽ ⁊ perturbatio-
nem huius famuli dei N. iniuſtiſſimã ex parte tua, ⁊ nequiſſima
voluntate tua interdicimus, non noſtris viribus, ſed fortiori po
teſtate oipotentis dei ⁊ dñi nr̃i Jeſu Chriſti filij eius: qui ſuper-
ueniens in atriũ mundi huius principẽ tuũ cũ oibus immũdis
⁊ miſerrimis ſatellitibus infernalibus vicit, ⁊ vaſa diripuit.

AUdi ergo q̃uo iniuſte ⁊ iniquiſſime hunc dei famulũ inge
tare p̃ſumpſiſti. Nã cũ pp inobedientiã primi parentis no
ſtri Adę, iuſtitia iuſtiſſimi dei noſtri oipotentis permittente ini
quiſſimus princeps tuus ipſũ ⁊ oẽm poſteritatẽ ſuam ab eo ſe-
minali rõne propagatã duriſſima tyrannide per multa anno-
rũ ſpatia oppreſſiſſet, feriret dire, in vinculis carceris infernalis
teneret, tandẽ adueniente plenitudine tpum miſit deus pĩ piiſ-
ſimũ filiũ ſuũ natũ ex intemerata virgine, factũ ſub lege. Et cũ
princeps

princeps tuus improbus ac temerarius exactor, in vnigenitū dei filiū mediatorē dei ⁊ hoīum, agnū tollentē peccata mundi, dementia ſua ſacrilega attentaſſet inuadere ⁊ ferire, tandē poſt Herodis impij in eū perſecutionē, poſt ↄtumelias, conuicia, opprobria, immiſit in cor proditoris Jude, ⁊ impiorū iudeorū: ⁊ ipſo agno manſuete volente, ⁊ voluntarie ſe pro redēptione offerente vinciri fecit, ⁊ flagellari, iniuſte ↄdemnari, nudari, ⁊ in cruce affigi. Que oīa mitiſſimus agnus dei oīpotentis filius pro ſalute noſtra, qꝛ ipſe voluit, pertulit: vt nos ⁊ hunc famulū Dei N. a vinculis oīum immundorum ſpirituū liberaret, liuore ſuo ſanaret, ab erūna eriperet dn̄atione nudatos a vobis impijs latronibus infernalibus reindueret veſte innocentie, ⁊ grē: que nos in protoplaſto parente ↄtra oīpotentis dei imperiū rapuimus, exoluit: offerens ſe fructū benedictū ventris glorioſe virginis, pro interdicti fructus eſu: cruore ex quinqꝫ vulnerib. largiter fuſo, redemit: morte ſua glorioſa noſtrā deſtruxit: ⁊ principē tuū cū oībus ſatellitibus ac apoſtaticis immūdis ſpiritibus cū crederet ſe in ipſo aliquid ſui inuenire, captiuauit: ⁊ nos credentes maxime ſibi liberauit. Inter quos ⁊ de quorum numero dono gratuite miſericordie ſue, nos eſſe profitemur. Et ptātem diſcipulis ſuis dedit calcandi ſuper vos immundos ſpūs: ⁊ ad inuocationem ſui ſanctiſſimi noīs virtutē ⁊ ptātem expellendi vos immundos ſpūs ab obſeſſis corporibus, vel domibus, vel habitaculis: ⁊ in virtute ⁊ iuſtitia paſſionis ſue qua dilexit nos, ⁊ lauit nos a peccatis noſtris in ſanguine ſue innocentie vos eiciendos tradidit. In virtute igitur ⁊ honore huius ſummi Imperatoris regis regū, ⁊ dn̄i dn̄antium, dn̄i Jeſu Chr̄i: in cuius noīe oē genu flectitur celeſtiū, ⁊ terreſtriū, ⁊ infernorū: qui venturus eſt iudicare viuos ⁊ mortuos, ⁊ ſeculum per ignem: nos quos de numero diſcipulorū licet indignos eſſe voluit: ꝑ quos ī perſona ſua panis ⁊ vinū, vt pote in verbo creatoris, virtute ſpūs ſcti in carnē ⁊ ſanguinē tranſſubſtantiat: te ✠ requirimus: te ✠ citamus: tibi ✠ precipimus: inter ✠ dicimus: ac diffinitiue ✠ ꝓhibemus: vt ✠ nūc exeas, ⁊ opera tua vel aliorū maleficia operata qūocunqꝫ diſſoluas: ⁊ amoueas: ⁊ nunquā de cetero in eo cauſes, vel facias, nec ꝑ te nec ꝑ alios illa vel ſimilia. Cōtradicētes vero, ⁊ ↄtra ſtimulū calcitrātes ſicut duriſ-

ſiſſos Pharaones obduratos anathema ✠ tizamus ⁊ exco̅l
ca ✠ mus, ꝑꝑ obſeſſione̅ ⁊ moleſtia̅ huius creaturę oi̅potentis
dei N. ita ꝙ de cętero non ꝓſumatis neq̅ȝ vos neq̅ȝ alii vice ve-
ſtra immundi ſpu̅s moleſtare, inquietare, ꝑturbare corpus, nec
ſenſus eius interiores vel exteriores, a planta pedis vſq̅ȝ ad ver
tice̅, nec aliquid ipſius attingere. Si vero aliquid iuris allega-
re ꝓſumitis: interponimꝰ ꝑcioſiſſimu̅ ſanguine̅ immaculati agni
dn̅i nr̅i Jeſu Chr̅i: qui vt ſcripſit Joannes Euangeliſta, eſt ꝓpi-
tiatio pro pc̅tis nr̅is: ⁊ non tm̅ pro nr̅is, ſed e̅t totius mundi: e̅t
ſi eſſent mille mundi. Qui e̅t ſupra ſplendore̅ ſolis apparens bt̅o
Paulo, cu̅ mitteret eu̅ ad ꝑdicandu̅ in oe̅s gentes ⁊ populos di
xit: vt ꝯuertant a tenebris ad luce̅, a ptа̅te ſatanę ad deu̅ viuu̅ȝ,
accipere remiſſione̅ pc̅to̅ru̅, ⁊ ſorte̅ inter ſc̅o̅s, quę eſt per fidem,
quę eſt in me dixit ſc̅tiſſimus ⁊ tremebundus Imperator cęle-
ſtis dn̅s Jeſus Chr̅s. Hanc vero fidem ⁊ hic famulus dei ⁊ nos
firmiter credimus, ⁊ ſimplr̅ ꝯfitemur: ⁊ in ea velle viuere ⁊ mo-
ri ꝯfitemur. Cum igitur nil iuris habeatis in eu̅: vti maligni in-
uaſores, ⁊ iniqui vſurpatores, prędones, ⁊ latrones infernales
diſcedite ab hoc famulo dei, ⁊ ſanctiſſimi ſummi ✠ Imperato-
ris nr̅i: que̅ nos ⁊ vos ⁊ oi̅s creatura co̅tremiſcit: diſcedite a do
mo, ⁊ ab oi̅ loco habitationes eius, ⁊ oi̅um fidelium: ſuper quos
inuocatu̅ eſt nomen bonu̅ ⁊ glorioſum ſummi Imperatoris no
ſtri Jeſu Chr̅i: ⁊ ite ſine mora in locu̅ deſertu̅, vel in locu̅ Sodo-
mę ⁊ Gomorrhę. Quod ſi pertinaciter adhuc reſiſtitis: ⁊ ino-
bedientes huic nr̅o mandato, quin potius ꝯtumaces ac rebel-
les ꝯtra ſtimulu̅ oi̅potentis dei calcitratis: ꝙ non cedet vobis
impune: q̅r non hoi̅es, ſed oi̅potente̅ ⁊ ſummum Imperatorem
deu̅ ꝯte̅nitis: In eius noi̅e ⁊ authoritate atq̅ȝ virtute vos exor-
ci ✠ zamus, pręci ✠ pimus, ✠ anathema ✠ tizamus, prohi
✠ bemus, ⁊ interdi ✠ cimus moleſtia̅ ⁊ inquietatione̅, ⁊ per-
turbatione̅ iſtius creaturę dei N. ⁊ oi̅um hic aſtantiu̅, ⁊ fideliu̅ȝ:
pręſertim huius habitationis oi̅potentis Dei. Na̅ quę conuen-
tio lucis ad tenebras, ⁊ Chriſti ad belial? Ecce nu̅c inuocamus
oi̅potente̅ ⁊ ſummu̅ Imperatorem dn̅m nr̅m Jeſum Chr̅m, cu-
ius glorioſum nomen ⁊ inuocatione̅ temere velut ille obdura-
tus Pharao ꝯte̅ntis, ⁊ huc uſq̅ ꝯte̅pſiſtis, btiſſimaȝ virginem
dei genitrice̅ Mariaȝ, ⁊ oe̅s angelicos beatos ſpu̅s, ⁊ ciues ſu-

pernos,

pernos, patres noſtros patriarchas, ꝓphetas, apoſtolos, mar
tyres, ꝛ cõfeſſores atq3 virgines, ꝛ ſpeciales patronos noſtros
beatiſſimum Dominicum patrem noſtrum, Petruz martyrem
glorioſum, beatum Thomam, beatum Uincentium, beatū An
tonium Epiſcopum ꝛ confeſſorē: qui multos de ſatellitibus ve=
ſtris in digito omnipotentis Dei eiecerunt: beatiſſimā Cathe=
rinā Senenſem virginem ꝛ ſponſam Jeſu Chriſti puriſſimam:
quę mirabili gratia Dei cōtra vos dęmones pręualuit, ſanctū
N. vel ſanctā N. vel ſanctos N. qui faciem Dei oīpotentis cōn=
templantur: qui vos ſiue vnum ſiue plures qñcunque acceſſum
habere pręſumpſeritis ad hunc famulū Dei N. vel ad locū ha=
bitationis eius, per ſanctum angelum ab oīpotente miſſum an
te diem tremebundi iudicii, quemadmodum per beatum Bar=
tholomęuz in India fecit Aſtaroth ꝛ Berith, cathenis igneis
alligabit: ꝛ in abyſſum gehēnę infernalis, ꝛ lacus ignis arden=
tis ſulphurē mittit: cuius fumus aſcendet in ſclā ſclorū. Amen.

O Rate itaq3 honorē oīpotenti Deo, ac ſummo Imperatori
Deo pa ✠ tri ꝛ fi ✠ lio eius dño Jeſu ✠ Chriſto: qui di=
lexit ꝛ lauit nos a peccatis noſtris in ſanguine ſuo: in cuius no
mine oē genu flectitur, cęleſtiū, terreſtriū, ꝛ infernorū: ꝛ ſpiritui
✠ ſancto, in cuius noīe atq3 virtute hoc peremptorio ꝛ diffini
tiuo mandato pręci ✠ pimus, mādam⁹, ✠ arctam⁹, ✠ ꝛ ana
thematizamus, ✠ vt recedatis ab hoc famulo Dei N. ꝛ a lo=
co habitationis eius, ꝛ oīum fideliū, abſque lęſione alicuius, in
deſertū locū, vſq3 ad diez tremebūdi iudicii: ita ꝙ de cętero huc
appropinquare, neq3 vos neq3 alii vice veſtra valeatis ad inua
dendum, inquietandum, ꝛ perturbandum hunc famulū Dei N.
neq3 ſenſus eius exteriores, vel interiores neq3 aliquem de hic
habitantibus: q2 ipſos Deus ꝛ dñs noſter Jeſus ad ſuam ſan=
ctam gratiam ꝛ bene ✠ dictionem fontemq3 baptiſmatis do=
no vocare dignatus eſt: vt fieret eius templum per aquam re=
generationis ꝛ remiſſionem omnium peccatorum, per nomen
ꝛ virtutem eiuſdem dñi noſtri Jeſu Chriſti, Qui venturus eſt iu=
dicare viuos ꝛ mortuos, ꝛ ſeculum per ignem. Deo autem grās
qui nobis per Jeſum Chriſtum dñm noſtrū victoriam donauit.

C Um itaq3 iniquiſſimus ſatanas caput ꝛ princeps iniquo
rum oīum, qui tyrannidem ſuam ſolus exercitare pote=

rat

rat in filios Adę, ab ipſo ſeminali ratione ꝓpagatos, extende
re preſumpſerit in ſummum Imperatoꝛem ⁊ Regem Regum,
⁊ dominum dominantium, Deum, ⁊ omnipotentis Dei vnige
nitum, agnum immaculatum, in quo non habebat quicquam:
⁊ ob hoc ab ipſo domino noſtro Jeſu Chꝛiſto ſaluatoꝛe noſtro:
qui dilexit nos, ⁊ lauit nos a peccatis noſtris in ſanguine ſuo,
cum ſocus ſuis angelis ⁊ dęmonibus apoſtaticis, de quoꝛum
numero es tu miſerrimus ⁊ iniquus inuaſoꝛ, excecatus, ⁊ ab
eo iudicatus, ſuperatus, captiuatus, vinctus fuerit: ⁊ nos ⁊
in ipſum credentes, ⁊ in virtute trinitatis deificę baptizatos, ⁊
aliis ſacramētis ab ipſo filio dei inſtitutis iniciatos, de poteſta
te tua ſatana ideꝫ filius dei eripuerit iuſte ⁊ potentiſſime: ⁊ pro-
teſtatus ſit beato Paulo Apl̄o ſuo, apparens ei ſupra ſplendo-
rē ſolis lucidioꝛ in via, media die: Idcirco maligniſſime, ſpur-
ciſſime, miſerrime ſatana ⁊ immundiſſime ſpūs: iam tertio exoꝛ
cizo te, ⁊ adiuro te in noīe oīpotentis ⁊ ſummi Imperatoꝛis no
ſtri Jeſu Chꝛiſti, vt recedas ab hoc famulo dei N. ⁊ ab omni lo-
co creaturarū eius. Nā quę ſocietas lucis ad tenebꝛas, ⁊ Chꝛi-
ſti ad bellial: Et nunc cum velut alter pharao indurat⁹, nō nos
tm̄ ſeruos ⁊ miniſtros eius, ſed mandata ſummi Imperatoꝛis
Dei ꝯtumaciter ꝯtempſeris: idcirco ex parte oīpotentis Dei,
ſanctę ⁊ indiuiduę trinitatis, vcꝫ pa ✠ tris ⁊ fi ✠ lii eius domi
ni noſtri Jeſu Chꝛiſti, qui dilexit nos: ⁊ ſpiritus ✠ ſancti, queꝫ
effudit in nos abunde per lauacrum regenerationis: qui eſt in
victę virtutis, ⁊ inſuperabilis imperii ſemper magnificus triū
phatoꝛ: qui diabolicę dominationis vires repꝛimit, ⁊ potenter
expugnat: qui te refugaꝫ ⁊ immundū ſpūm, diabolum ⁊ dęmo-
nē infernalē cuꝫ ſocus dęmonibus ſuperbiſſimis gehennę de-
putauit incendiis, tibi iterum ꝑci ✠ pimus, anathema ✠ tiza
mus, ⁊ exoꝛci ✠ zamus: vt velociter abſqꝫ offenſa alicuius pꝛe-
ſtiū, vel abſentiū, ſuper quos inuocatū eſt nomen gl'oſum ſum-
mi Imperatoꝛis dn̄i noſtri Je ✠ ſu Chꝛi ✠ ſti, recedas ab hoc
famulo dei N. vel loco, vel monaſterio, vel territoꝛio huius pa-
trię: ⁊ vadas in locū deſertū: ita ꝙ de cętero nō p̄ſumas ad ipꝫ
accedere, nec coꝛpus eius interius vel exterius ꝑ maleficia tua
aberrare facere: neqꝫ ad locū iſtuꝫ appꝛopinquare, inquietare,
vel moleſtare ipſum, vel aliquem, vel aliquos hic habitantes, a
planta

planta pedis vſque ad verticem. Per virtutem eiuſdem dñi no-
ſtri Jeſu Chriſti. Qui venturus eſt iudicare viuos ⁊ mortuos.

Item eadem authoritate eiuſdem ſummi Jmperatoris, ⁊
inuictę virtutis eius: qui te refugam atq₃ apoſtatā diabo
lum gehennę deputauit, ⁊ in virtute totius curię cęleſtis. ſ. in-
temeratę ſemper virginis Marię beatiſſimę matris vnigeni-
ti filij dei ſaluatoris noſtri, ⁊ omnium cęleſtium beatorum ordi
num, ⁊ triplicis hierarchę. ſ. ſeraphin, cherubin, thronorum,
dñationum, virtutum, ptātum, principatuum, archangelorum,
⁊ angelorum: qui ſemper vident beatiſſimam faciem patris oī-
potentis in cęlis, patrum nr̄orum patriarcharum, propheta-
rum, ſanctiſſimorum Apl̄orum Petri ⁊ Pauli, ⁊ aliorum apl̄o-
rum, martyrum, confeſſorum, atq₃ ſanctarum virginum, ⁊ om-
nium electorum eius, pręcipuę autem beatiſſimorū patrono-
rum noſtrorum, vc₃ B. Dominici patris noſtri, glorioſi Pe-
tri martyris, B. Thomę, B. Uincentij. B. Antonini epi ⁊ con-
feſſoris: ⁊ B. Catherinę de Senis, ⁊ officii mei ſacerdotalis, cu-
ius miniſterio in ſacrificio altaris verū corpus ⁊ ſanguis Chri-
ſti conficitur omnipotenti virtute dei noſtri, te refugam apoſta
tam miſerrimum, immundum ſpūm, ⁊ diabolum in his ſcriptis
excōicamus, ⁊ excōicatum decernimus: orantes omnipotentē
Deum noſtrum, a cuius domicilio miſerrime, cum diceres cū
principe tuo, in cęlum conſcendam, cecidiſti, ⁊ ex angelo effe-
ctus es immundus diabolus ⁊ ſatanas: vt per merita paſſionis
ſuę ⁊ iuſtitiam, ipſe deus ⁊ dñs noſter Jeſus Chriſtus, qui dile-
xit nos ⁊ lauit nos a peccatis noſtris in ſanguine ſuo, pro contē
ptu maieſtatis ſuę iuſte tibi retribuens, ⁊ per merita ⁊ interceſ-
ſionem omnium ſupernorum ciuium mittat angelum lucis ſan
ctum ⁊ bonum: qui te contemptorem ſanctiſſimi nominis. ⁊ ve
xilli ſummi Jmperatoris catenis igneis alligatum, quotieſcun
que ad hunc famulum Dei N. vel locum eius pręſumpſeris ap-
propinquare, tradat in abiſſum inferni, ⁊ in lacum ignis, ⁊ ar-
dentis ſulphuris: vbi ante diem extremi iudicij excrucieris die
ac nocte: ⁊ fumus tormentorum tuorum aſcēdat in ſecula ſecu-
lorum. Amen. Jn noīe pa ✠ tris, ⁊ fi ✠ lij, ⁊ ſpūs ✠ ſancti.
Amen. Qui non diligit dominum Jeſum anathema ſit. Amen.

¶ Finit exorciſmus.

¶ Incipit

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

¶ Incipit exorciſmus optimus contra demoniacos ⁊ maleficiatos, ⁊ incantationes, ⁊ facturas, ⁊ pomos q̄ diabolo vexatas.

In noīe ſanctę ⁊ indiuiduę trinitatis contra oēs maleficiorū vanitates, ⁊ incurſus demonū ſignū ſanctę crucis ✠ ſaluatoris noſtri Jeſu Chriſti tolle ptātē: tolle impetū ſatanę ⁊ angelorū eius: ⁊ nō permittas nocere iſti creaturę Dei N. ſed vadant in loca arida. Memento noſtri dn̄e, ſicut iuraſti patribus noſtris Abraham, Jſaac, ⁊ Jācob: vt inde exeant ⁊ recedant ab hac creatura Dei N. ⁊ vadant in loca arida ⁊ ſterilia, inaquoſa, ⁊ inhabitabilia. Vade retro ſatana cum angelis tuis apoſtaticis. Per eum qui venturus eſt iudicare viuos ⁊ mortuos, ⁊ ſeculum per ignem.

Coniuro vos angeli tartarei per eū, qui vos eiecit de ſupno celorū habitaculo: qui fertis malū contra genus humanum. Adiuro ✠ vos per quatuor euangeliſtas, ⁊ per tremēdū diē iudicii, ⁊ per terribilē iudicem. Et adiuro vos per nomina ſacratiſſima oīpotentis Dei, vz. Meſſias ✠ Sother ✠ Emanuel ✠ Sabaoth ✠ Adonai ✠ Unigenit⁹ ✠ Via ✠ Vita ✠ Veritas ✠ Omouſion ✠ Principiū ✠ Primogenitus ✠ Sapiētia ✠ Fons ✠ Origo ✠ Paracletus ✠ Mediator ✠ Agnus ✠ Ouis ✠ Alpha ⁊ ω ✠ Caput ⁊ finis ✠ Simul vocitatus ✠ Serpēs ✠ Aries ✠ Leo ✠ Vermis ✠ Verbū ✠ Splēdor ✠ Lux ✠ Imago ✠ Gloria ✠ Sol ✠ Panis ✠ Flos ✠ Vitis ✠ Mons ✠ Janua ✠ Terra ✠ Lapis angularis ✠ Spōſus ✠ Paſtor ✠ Propheta ✠ Sacerdos ✠ Athanatos ✠ Jſchiros ✠ Pātheō ✠ Eliſeon ✠ Aquila ✠ Tetragrammaton ✠ Dn̄s Jeſus Chriſtus. ✠ Per nomina iſta ſacratiſſima adiuro ✠ vos ⁊ cōteſtor angeli ſatanę, ita pn̄tes ſicut abſentes, ita abſentes ſicut pn̄tes: vt exeatis ⁊ recedatis cū maleficiis ⁊ iniquitatibus veſtris ab hac creatura Dei N. ⁊ eatis ad deſerta loca ⁊ arida, vbi nō arat, nec ſeminat, nec nomē dn̄i inuocat, nec noīatur: neq̄ in die iudicij ante tribunal Chriſti venientes dicatis: nullus nobis ɔtradixit: nullus nos coniurauit. Ego vero ex parte oīpotētis dei ſctē ⁊ indiuiduę trinitatis, vz pr̄is, ⁊ filii ⁊ ſpūs ſci cōiuro vos ⁊ ɔtradico vobis: vt exeatis de corpore, ⁊ de membris iſtius creaturę vobis etiam contradicit

ipſe pater domini noſtri Jeſu Chriſti. Qui venturus eſt iudica-
re viuos ⁊ mortuos, ⁊ ſeculum per ignem. Increatus ✠ pa-
ter. increatus ✠ filius. Increatus. ✠ ſpiritus ſanctus. Immen
ſus ✠ pater. Immenſus ✠ filius. Immenſus ✠ ſpũs ſanctus.
Aeternus ✠ pr̃. Aeternus ✠ filius. Aeternus ✠ ſpũs ſanctus.

Ego coniuro vos demones per pa ✠ trẽ, ⁊ per fi ✠ lium,
⁊ per ſpiritum ✠ ſanctum: per angelos: ✠ per archan-
gelos: ✠ per thronos: ✠ ⁊ dominationes: ✠ principatus:
✠ poteſtates: ✠ cherubim: ✠ ⁊ ſeraphim: ✠ ⁊ uirtutes ce-
lorũ: ✠ ⁊ recuperationẽ aiarum: ✠ ⁊ per oia mirabilia, quę
fecit dñs in cęlo ⁊ in terra: vt noia veſtra manifeſtetis: ⁊ inde
exeatis cum iniquitatibus veſtris, ⁊ maleficijs. Per eum, qui
venturus eſt iudicare viuos ⁊ mortuos, ⁊ ſeculum per ignem.

Coniuro vos malignos ſpiritus per virtutẽ Dei oipotẽn-
tis, ⁊ ſanctiſſimũ ⁊ dulciſſimũ lac, ⁊ ſacroſancta vbera vir
ginis Marię, quę lactauerunt Jeſum Chrm̃ dñm nrm̃ filium
dei: ut dicatis mihi quõ intraſtis in corpore, ſiue in perſona hu
ius creaturę dei N. Et cito inde exeatis. Per eum qui venturus
eſt iudicare viuos ⁊ mortuos, ⁊ ſeculum per ignem. ℟. Amen.

Coniuro vos per pręcioſiſſimũ ſanguinẽ, qui exiuit de late
re Chriſti in cruce pendentis: ⁊ adiuro vos per glorioſaȝ
virginẽ Mariã matrem eiuſdẽ dei ⁊ dñi nr̃i Jeſu Chriſti: ⁊ per
milia millium angelorũ deo miniſtrantiũ: ⁊ per collegiũ apl̃o-
rũ. Coniuro vos ẽt per quatuor euãgeliſtas, Mattheũ ⁊ Mar
cum, Lucã ⁊ Joannẽ. ⁊ per ſeptẽ cęlos, ⁊ per vigintiquatuor ſe-
niores, ⁊ per diẽ tremendi iudicii, ⁊ per quatuor aialia, quę aſſi
ſtunt ante thronũ Dei, ✠ ⁊ per cęlũ, ⁊ per terrã, ✠ ſolẽ, ✠ ⁊
lunã, ✠ ⁊ ſtellas, ✠ ⁊ eorũ noia, ✠ ⁊ p ſanctos patriarchas,
ſ. Abrahã, Iſaac ⁊ Jacob: vt ſtatim exeatis de corpore, ſiue de
mẽbris ⁊ perſona iſtius creaturę dei N. ⁊ de domo eius, audi-
to noie ſanctiſſimo dei tetragrãmatõ, cito procul fugiatis ⁊ va
datis in loca, vbi non noceatis aliquibus fidelibus chriſtianis.
Per virtutem eiuſdem dñi noſtri Jeſu Chriſti. Qui venturus eſt
iudicare viuos ⁊ mortuos, ⁊ ſeculum per ignem. ℟. Amen.

Adiuro vos demones p prẽȝ ✠ ⁊ filiũ ✠ ⁊ ſpũȝ ✠ ſctũȝ, ⁊
oẽs or ✠ dines angelorũ deo miniſtrãtiũ, ✠ ⁊ p ſenatuȝ
apl̃orum, ✠ ⁊ per cẽtũ quadragintaquatuor millia martyrũ:

vt amplius non habeatis lniam, nec ptãtem ſuper hãc creatu
rã dei N. vel domũ eius: fugite miſeri ⁊ ſceleſtiſſimi hinc: ⁊ de-
fluere vos faciat Deus, ſicut defluit cera a facie ignis: vt am-
plius non habeatis ptãtẽ faciendi vllũ dolorẽ vel timorẽ vel
dãnum: nec vllũ malũ ſuper carnẽ, nec in carne, nec in mẽbris
huius creature Dei N. vel in domo eius. Per eũ qui venturus
eſt iudicare viuos ⁊ mortuos ⁊ ſeculum per ignem. ℟. Amen.
Initium ſancti Euangelij ſm Joannem. In principio erat
verbum. fol. 86. Sequentia ſancti Euangelij ſm Mattheum.

Cum natus eſſet Jeſus in Bethleẽ Jude in diebus Hero
dis regis: ecce magi ab oriẽte venerunt Jeroſolymam di
centes. Ubi eſt qui natus eſt rex iudeorũ? Uidimus. n. ſtellam
eius in oriente: ⁊ venimus adorare eũ. Audiẽs autem Herodes
rex turbatus eſt: ⁊ ois Jeroſolyma cũ illo. Et congregans oẽs
principes ſacerdotum ⁊ ſcribas populi ſciſcitabatur ab eis vbi
Chriſtus naſceretur. At illi dixerunt ei. Jn Bethleẽ Jude. Sic
enim ſcriptũ eſt per prophetã. Et tu Bethleez terra Juda ne-
quaquã minima es in principibus Juda: ex te. n. exiet dux, qui re-
gat populum meũ Jſrael. Tunc Herodes clã vocatis magis,
diligenter didicit ab eis tps ſtelle, que apparuit eis. Et mittẽs
illos in Bethleẽ dixit. Jte, ⁊ interrogate diligenter de puero:
⁊ cũ inueneritis renunciate mihi: vt ⁊ ego veniens adorẽ eũ.
Qui cũ audiſſent regẽ, abierunt, Et ecce ſtella, quã viderant in
oriente, antecedebat eos vſq3 dũ veniens ſtaret ſupra vbi erat
puer. Uidentes aũt ſtellã gauiſi ſunt gaudio magno valde. Et
intrantes domũ, inuenerunt puerũ cum Maria matre eius: ⁊
procidentes adorauerunt eũ, Et apertis theſauris ſuis obtulerũt
ei munera, aurũ, thus, ⁊ myrrhã. Et rñſo accepto in ſomnis ne
redirent ad Herodẽ, per aliã viã reuerſi ſunt in regionẽ ſuam.
℣. Dominus vobiſcum. ℟. Et cum ſpiritu. Oremus. Oratio.

Gratiã tuam, qs dñe, mentibus noſtris infunde: ⁊ illud lu
men ſplendidũ cordibus noſtris irradia, quod triũ ma-
gorum mentibus inſpiraſti. Per Ch. ℟. Amen. Coniuratio.

Coniuro vos demones infernales, ſpũs malignos per pa
trẽ, ✠ per filiũ, ✠ ⁊ per ſpũm ſanctũ, ✠ vt non mentia
mini: ſed dicatis mihi veritatẽ, quis eſt ille, qui debet vos hinc
expellere de perſona huius creature Dei N. vel de domo eius:

vt

vt omnes aſtantes intelligant, ⁊ audiāt veritatē: alioquin mittam vos in profundum inferni, in loca penarū magnarum, de quibus non exibitis: per virtutem domini noſtri Jeſu Chriſti. Qui vēturus eſt iudicare viuos ⁊ mortuos, ⁊ ſeculum per ignē. ℟. Amen. Hic repete ſuperiorem coniurationem cum magna fide ⁊ efficacia: ⁊ videbis mirabilia. Coniuratio.

Coniura vos ſpiritus immundos demones infernales, q̄ hanc creaturā affligitis: vt faciatis mādata dei, ⁊ nō mittā vos in profundū inferni per pr̄em ✠ ⁊ filiū ✠ ⁊ ſpūm ✠ ſanctū. ✠ vide demon, qualiter ꝑ potentiā altiſſimi dei viui ⁊ veries ꝯſtrictus ⁊ victus. Jdeo ſcelerate ⁊ nequiſſime fuge, non eſt iam differendi tempus. Quia dominus noſter Jeſus Chriſtus vos coarctat. Qui venturus eſt iudicare viuos ⁊ mortuos ⁊ ſeculum per ignem. ℟. Amen. Pater noſter. Aue Maria.

Coniuro vos ſpūs immūdos, Jn noīe pa ✠ tris ⁊ fi ✠ lij ⁊ ſpūs ✠ ſancti, ⁊ per virtutem ✠ angelorū ſanctorum, ⁊ patriarcharum, prophetarum, apl'orum, martyrum, cōfeſſorum, atq; ſctārū virginum, ita pn̄tes ſicut abſentes, ita abſentes ſicut pn̄tes, vbicūq; ſitis: vt exeatis ⁊ recedatis ab hac creatura Dei N. cum maleficiis ⁊ iniquitatibus veſtris, per virtutē domini noſtri Jeſu Chriſti. Qui venturus eſt iudicare viuos ⁊ mortuos, ⁊ ſeculum per ignem. Coniuratio.

Coniuro vos nequiſſimi ſpūs per deū pr̄em ✠ oīpotētē, ⁊ per virtutes celorū, ⁊ ꝑ ſacroſancta vbera ⁊ lac beatiſſime virg. Marie, q̄ lactauerūt dn̄m nr̄m Jeſū Chr̄m filiū dei viui: vt exeatis de corpore ⁊ mēbris vel ꝑſona huius creature dei N. ⁊ de domo eius, per virtutē eiuſdē dn̄i nr̄i Jeſu Chriſti. Qui venturus eſt iudicare viuos ⁊ mortuos, ⁊ ſeculum per ignem.

Sequentia ſancti Euangelii ſecundum Mattheum.

Jn illo tp̄e: Egreſſus Jeſus ſeceſſit ī partes Tyri ⁊ Sydonis. Et ecce mulier Chananea a finibus illis egreſſa clamauit dicens ei: Miſerere mei dn̄e fili Dauid, filia mea male a demonio vexatur. Qui non r̄ndit ei verbū. Et accedētes diſcipuli eius rogabāt eū dicētes. Dimitte eā, q̄a clamat poſt nos. Jpſe autem r̄ndēs, ait: Non ſum miſſus niſi ad oues, que perierunt domus Jſrael. At illa venit, ⁊ adorauit eum, dicens. Dn̄e adiuua me. Qui r̄ndens ait: Non eſt bonū ſumere panem filiorum,

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

rum, ⁊ mittere canibus. At illa dixit: Etiā dñe. Nā ⁊ catelli edūt de micis que cadunt de menſa dñorum ſuorum. Tunc rñdens Jeſus ait illi. O mulier magna eſt fides tua: fiat tibi ſicut vis Et ſanata eſt filia eius ex illa hora. ℣. Dominus vobiſcum. ℟. Et cum ſpiritu tuo. Oremus. Oratio.

Domine Jeſu Chriſte clementiſſime redēptor noſter, qui humano generi innumera beneficia contuliſti, te ſuppliciter deprecamur per oīa ⁊ ſingula dona, ⁊ beneficia nobis collata, ⁊ maxime per natiuitatē tuā ſanctā: qua ex puriſſima virgine, carne noſtre mortalitatis aſſumpta, huic mundo naſci dignatus es ad ſalutē: ⁊ per annunciationē, quā angeli fecerunt paſtoribus: ⁊ per gaudiū, qđ ipſi habuerunt: ⁊ per circunciſionē tuā ſanctiſſimā: ⁊ per honorē, quē tibi fecerunt illi tres Reges ⁊ Magi: ⁊ per munera que tibi obtulerunt, ⁊ per p̄ntationē tui in tēplo: per cōſolationē Symeonis ⁊ Anne: ⁊ per ſanctificationē baptiſmi tui: per ieiunium quadraginta dierum: ⁊ per afflictionē ipſorum: per ſcām predicationē tuā: per opera miraculoruz tuoruz magnoruz: per liberationē multorū a demone obſeſſoruz: per lotionē pedū diſcipulorū ⁊ apl'oruz tuorum: per cōſecrationē tui ſanctiſſimi corporis ⁊ ſanguinis: per famē ⁊ ſitim tuam: ⁊ per acerbiſſimam mortem tuam: ⁊ glorioſam reſurrectionem, atque admirabilem aſcenſionem tuam, liberare digneris hanc creaturam tuam N. ab omni poteſtate maligni ſpiritus. Qui viuis ⁊ regnas cum Deo patre in vnita. ⁊c.

Ergo maledicte diabole recognoſce ſententiā tuā: ⁊ nō audeas nec debeas moleſtare vel nocere, nec vllā leſionē facere ſuper hanc creaturā dei N. per virtutē dñi nr̄i Jeſu Chriſti, ⁊ glorioſe virginis Marie. Et ſicut ipſe dñs nr̄ Jeſus Chriſtus dignatꝰ eſt expellere de corpore filie Chananee demonez, illā male vexantē, ⁊ ſanare eā, ita ſanare ⁊ liberare dignet̄ hanc creaturā ſuā N. petentē a te demone liberari: ⁊ per virtutē ſuā te expellat, vt vadas in loca vbi nulli chriſtiano nocere poſſis. Quia ipſe eſt qui venturus eſt iudicare vi. ⁊c. Coniuratio.

Coniuro te maledicte ſatana per virtutem dñi noſtri Jeſu Chriſti, ⁊ omniū ſcōrum ⁊ ſcārum Dei: vt mihi rñdeas ⁊ dicas, quis eſt ille, qui debeat te hinc expellere: ⁊ cede hinc: alioquin mittam te in profundū abyſſi cū ſequacibus tuis, ut non

noceas

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

noceas alicui creaturę dei createę ad imaginē ⁊ ſimilitudinem ſuā. Imperat hoc tibi idem deus ⁊ dn̄s Jeſus Chriſtus. Qui venturus eſt iudicare viuos ⁊ mort. ⁊c. Audi ſcelerate ⁊ maledicte. Deum qui te genuit dereliquiſti: ⁊ oblitus es dn̄i creatoris tui. Deinde dic ter Pr̄ nr̄. ⁊ Aue Maria. Hic repete ſupra poſitam ↄiurationē mō ſupraſcripto. Et ſi diabolus nomen ſuū, vel nomina ſua reuelaret, ſcribe illud, vel illa in cedula: ⁊ poſtea fac ignem nouum, ⁊ ſcripta in cedula nomina illorum ſpirituum proijce in ignē, dicendo ſuper ignem iſta verba. Super aſpidē ⁊ baſiliſcum ambulabis ⁊ conculcabis leonem ⁊ draconem.

Coniuro te creatura ✠ ignis per illuz, qui orbem ↄtremiſcere facit: q̄ iſtos ſpūs cōburas ⁊ affligas taliter, q̄ ſentiant pęnas importabiles ⁊ intolerabiles in virtute dn̄i nr̄i Jeſu Chr̄i: ⁊ verbis quę de illo dr̄: qui orbem tremere facit, in cuius noīe ⁊ virtute ego p̄cipio vobis demones: vt exeatis ab hac creatura Dei N. vel ab hac domo, vt amplius nō moleſtetis eā. Per eundem Deum ⁊ dn̄m noſtrum Jeſum Chriſtuz. Qui venturus ⁊c. ℣. Dn̄s vob. ℟. Et cum ſpi. Oremus. Oratio.

Domine Jeſu Chr̄e qui voluiſti ꝓ mūdi redēptione de virgine Maria naſci: i carne tua ſcīſſima circūcidi: a iudęis reprobari: a Juda ꝓditore oſculo tradi: vīculis alligari: ⁊ ſicut agn⁹ inocēs ad victimā duci: atq̄z i ↄſpectu annę ⁊ caiphę, pilati ⁊ herodis indecēter offerri: a falſis teſtib. accuſari: a diſcipulo negari: flagellis opprobriiſq̄z vexari: ⁊ ſpinis coronari: ſputis ↄſpui: colaphis cędi palmis ꝑcuti: arūdine verberari: caluorū aculeis ꝑforari: i cruce leuari: iter latrones deputari: felle ⁊ aceto potari: ab hoīb⁹ blaſphemari: lācea vulnerari: ⁊ in cruce mori. Tu dn̄e per has ſacratiſſimas pęnas ⁊ paſſiones tuas: quas ego indigniſſimus recolo: ⁊ ꝑ ſcām crucē ⁊ mortem tuā liberare digneris hāc creaturā tuā N. a miſerabili oppreſſione ſatanę ⁊ miniſtrorū eius: ⁊ ꝑducere eā digneris ad priſtinā ſanitatez fracto vinculo inimici cuiuſcūq̄z generis maligni. Qui viuis ⁊ reg. Deinde ſępius repete iſta verba quę ſequuntur donec recedant.

¶ Sed ſi diabolus rn̄deret, ⁊ diceret q̄ ſit aīa alicuius defuncti: nō ei credas: q̄r eſt hęreſis: ſed iuſta q̄ dicat nomē propriuz: quod habuit ab initio, quādo fuit expulſus de cęlo. Pete etiam cuius ordinis erat: ⁊ nomen ſui ſuperioris: ⁊ qua de cauſa intrauit

tranſit ĩ illud corpus. Et cõiura ipſum, ꝙ non diſcedat ſine ma-
lnia, ⁊ ꝙ cogatur dare ſignuꝫ ſuę egreſſionis, dimittendo per-
ſonam oppreſſi liberam ⁊ expeditam, ſicut erat in illa hora, qn
fuit baptizata. ¶ Coniurationem ſequentem dicat ſacerdos
cum magna efficacia, ⁊ repetat eam ſicut ei videbitur. Et quo-
ties eam repetit, penam augeat ⁊ accreſcat.

PRecipio ex parte ſãctiſſimę trinitatis pa ✠ tris ⁊ fi ✠ lii,
⁊ ſpũs ✠ ſancti: ⁊ per merita ſacratiſſimę paſſionis domi
ni nr̃i Jeſu ✠ Chr̃i: ⁊ per merita oĩum ſcõrum ⁊ ſcãrum qui ſunt
in paradiſo: ꝙ ſi datū fuit aliquid per maleficiū ad comedēdū,
vel bibendū huic creaturę N. Aut ſi vos maledicti diaboli por-
taſtis in corpore ſuo: aut cõpoſuiſtis aliquid in eodē: non habea
tis facultatē vel ptãtē vel virtutē ꝯſeruandi, agitandi, vel mouē
di: ⁊ ꝙ amoueatis ipſam facultatē, ptãteꝫ, ⁊ virtutem, ⁊ ꝙ coga
mini diſſipare oēm laqueū, nodū ⁊ cõpoſitioneꝫ, quę fuiſſent in
p̄dictis rebus: ⁊ ꝙ ſitis aſtricti ⁊ cõpulſi ea diſiungere, ſepara-
re, ⁊ remouere a viſcerib⁹, ✠ ⁊ ab inteſtinis, ✠ ⁊ ea per ſeceſ-
ſum emitti facere deorſuꝫ ſine aliqua leſione aĩę ⁊ corporis iſti⁹
creaturę dei N. Rurſum vobis diabolis, ſi p̄ntialiter eſtis in
hoc corporę, p̄cipio ex parte ſanctiſſimę trinitatis pa ✠ tris ⁊
fi ✠ lij ⁊ ſpũs ✠ ſancti, ꝙ non habeatis facultatem ſtandi, mo
randi, ⁊ abſcondendi vos in aliqua parte corporis huius crea-
turę Dei N. nec in quatuor humoribus, vꝫ ſanguine ✠ cho-
lera ✠ phlegmate ✠ ⁊ malacolia: ✠ nec ĩ carne, ✠ nec ĩ oſ-
ſibus, ✠ nec in medullis, ✠ nec in neruis, ✠ nec in venis, ✠
nec in oĩbus iuncturis corporis ✠ nec in pedib. ✠ nec ĩ ſuris,
✠ nec ĩ tibijs ✠ nec in laterib. ✠ nec in renib. ✠ nec ſubtus
renes, ✠ nec ſup̄ renes, ✠ nec ĩ dorſo, ✠ nec ĩ ſpatulis, ✠ nec
in brachijs, ✠ nec in manib. ✠ nec in vnguib. ✠ neqꝫ in cor
de, ✠ neqꝫ in hepate, ✠ nec in ſplene, ✠ nec ĩ interiorib⁹. ✠
neqꝫ ĩ pulmone, ✠ nec ĩ inteſtinis ſuperiorib. vel inferiorib. ✠
maiorib. vel minorib. ✠ nec in vētre, ✠ nec in ſtomacho, ✠
nec in pectore, ✠ nec ĩ gutture, ✠ nec in collo, ✠ nec ĩ facie,
✠ nec ĩ mēto, ✠ nec in maxillis, ✠ nec in dētib. ✠ nec ĩ gēgi
uis, ✠ nec ĩ lingua, ✠ nec ſubtus linguã, ✠ nec ſup̄ liguã, ✠
nec ĩ palato ✠ nec ĩ naſo, nec ĩ oculis, ✠ nec ĩ aurib. ✠ nec ĩ
cerebro, ✠ nec ĩ pãniculis cerebri, ✠ nec ĩ arterijs, ✠ nec fę-

cib. corporis, ✠ nec ī alijs reb. vel locis corporis, vel extra cor
p⁹, neqꝫ intrinſece, ✠ neqꝫ ſupficialiter, ✠ nec in capillis, ✠
nec in pilis, ✠ nec in veſtimētis, ✠ nec in genitalib. ✠ nec in
ano, ✠ nec ī teſtib. ✠ nec ī vmbilico, ✠ neqꝫ ī ei⁹ circūſtātib⁹
✠ neqꝫ ī alijs locis, ad q̄ ire hēat, aut ſtare:- ✠ ſed inuiti ⁊ vi, ⁊
virtute dei cōpulſi nūc cogamini vos manifeſtare, ⁊ illis partib.
ī qb. eſtis, aliq̄ leſionē facere in ſignū p̄ntię vię. Jtē p̄cipio vo=
bis ex parte ſcıſſimę trinitatis p̄ris ✠ ⁊ filij ✠ ⁊ ſpūs ✠ ſci: ꝙ
diſcedatis ex oīb. partib. iſtius corporis N. creaturę dei vbi eſtis
a plāta pedis vſqꝫ ad verticē, ⁊ ꝙ fugiatis extra ipſū corpus fu
giēdo ꝑ illā viā, q̄ ſit magis libera ⁊ expedita, ſicut ꝑ os ſtoma=
chi, per pectus, per guttur, per os, cū ſigno manifeſto ꝙ fugia=
tis extra corpus ſuū. Jtē vobis p̄cipio ex parte ſcıſſimę trinita=
tis, p̄ris ✠ ⁊ filij ✠ ⁊ ſpūs ✠ ⁊ ſci, ꝙ nō habeatis p̄tātē accip. ē
di adiutoriū vel ſuccurſum ab alijs demonib. vel diabolis: nec
petēdi alios demones vel diabolos in adiutoriū vr̄m: nec mit=
tere ſeu ponere alios demones in loco vr̄o. Et ꝙ cogamini di=
ſcedere taliter, ꝙ nunq̄ nec vos, nec alij diaboli hēatis autho=
ritatē, facultatē, vel p̄tātē, nec virtutē redeundi, nec p̄ñtialiter,
nec poteſtatiue, nec virtualiter: ſed ſitis cōpulſi ⁊ conſtricti ad
eundum ad loca arida ⁊ ſterilia ⁊ inaquoſa ⁊ inhabitalia, vbi
nemini noceatis. Nō ſi ſecus feceritis, intēdo procedere cōtra
vos maledictos diabolos, ⁊ dare ⁊ fulminare ꝯtra vos oēs ex=
cōicationes ⁊ maledictiones quas vobis dare poſſum ex parte
ſcıſſimę trinitatis p̄ris ✠ ⁊ filij ✠ ⁊ ſpūs ✠ ſci. Et ēt itēdo vos
expellere extra corpus iſtius creaturę dei a plāta pedis vſqꝫ ad
verticē ꝑ virtutē ſcıſſimę trinitatis, p̄ris ✠ ⁊ filij ⁊ ſpūs ✠ ſci:
⁊ ꝑ virtutē ſcōꝝ angeloꝝ: ⁊ per virtutē totius paradiſi: ⁊ per
virtutē oīum inimicoꝝ veſtroꝝ: quos habetis in cęlo ⁊ in ter=
ra. Et pręcipio omnibus magiſtris ⁊ ſuperioribus vr̄is ex parte
ſcıſſimę trinitatis, patris ✠ ⁊ filij ✠ ⁊ ſpūs ſci: ꝙ nunc pręſen=
tialiter huc veniant: ⁊ vos ēt inuitos extrahant de corpore hu=
ius creaturę dei. Jtē ex parte eiuſdē ſcıſſimę trinitatis p̄ris ✠
⁊ filii ✠ ⁊ ſpūs ✠ ſancti: eiuſdē magiſtris veſtris pręcipio: qua
tenus vos detrudant in ſtagnum ignis ⁊ ſulphuris: ad qđ ego
vos dei virtute ꝯdemno per ſpatiū annoꝝ centum: a tp̄e egreſ=
ſionis veſtrę de corpore huius creaturę dei N. incipiendum.

Xx 2 M ale=

¶ Si feſtum fuerit trium lect. (nocturno ferie, ꝛ lectionibꝰ exceptis) oīa de eodez Cōi ſumuntur. Tres lect. primi nocturni in officio nouem lect. ꝛ prima ꝛ ſecunda lectio, vel prima tantum in feſtis trium lectio. ſumuntur de Scriptura in officio de tempore. Que vero proprie, aut de communi Sanctorum in feſtis aſſignantur: ex proprio vel communi ſanctorum requirantur.

¶ In maioribus ſolennitatibus, ꝛ feſtis per annum: totum off. ordinatur: vt in proprijs locis ponitur.

¶ In feſtis B. Marie (omiſſis his, que propria in illis habentur) hymni, nouem pſalmi: ꝛ alia quedam requirenda ſunt ex communi eius off paruo, circa finem Breuiarii.

¶ Modus inchoandi officium, dicendi Inuitatorium: hymnos: antiphonas, ꝛ verſus habetur in principio pſalterii.

¶ Cum vero antiphone duplicande ſunt: dicuntur integre ante pſalmos: ſicut in fine pſalmorum.

¶ Modus dicendi abſolutiones, ꝛ Benedictiones ante lectiones, legendi, ꝛ terminandi lectiones: dicendi R̸ia poſt lectiones: ac Reſponſoria breuia poſt capitula, habetur in prima dominica de Aduentu.

¶ Quomodo ſit inchoandum ꝛ terminanduz officium per horas, habetur in pſalterio.

¶ Quō terminandū per añas B. Marie, hʒ in fine Completo.

¶ Sed vt hec oīa facilius habeantur, poſite ſunt ſequentes rubrice de ſingulis horis: earūqȝ partib. diſtincte cognoſcendis.

## De Matutino.

AD Matut. hec per ordinem regulariter dñr ſin diuerſitatem officii: niſi aliter in quibuſdā diebꝰ annotetur. P̄r nr. Aue Maria. Credo. oīa ſecreto; deinde clara voce hebdomadarius dicit: Domine labia mea ꝛc. pollice ſignando ſibi os ſigno crucis: Deus in adiutorium ꝛc. manu extenda ſignando ſe ſigno crucis a fronte ad pectus ꝛ a ſiniſtro humero vſque ad

dex-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

dertrum: cum Gloria pa. ⁊ aliis vt in principio pſalterii. Dein de dr̃ Inuitatorium conueniens offõ de Tempore, vel ſancto: quod dicitur cum pſal. Venite eo m̃odo quo in principio pſalterii deſcribitur. dicto pſalmo, ⁊ repetito Inuitatorio, dr̃ hymnus: qui officio de tempore, vel de ſancto conuenit.

¶ Poſtea in duplicib. ⁊ ſemiduplicib. dñr nouem pſalmi: ſed in dñicis plures, vt in pſalterio: cum ſuis añis, ⁊ verſib. que tẽpori vel feſto conueniunt: ⁊ totidẽ lcões cũ octo Rñs: aliqñ cũ nouẽ, vt ſuis locis ponitur, per tres noctur. diſtinctos; hoc modo.

¶ In primo noct. dñr tres pſalmi, cum tribus añis: poſt ſingulos pſalmos vna aña: ſed tpe paſchali. i. a dñica in Albis vſque ad pentec. preterquam in offõ Aſcenſionis Dñi: tres pſalmi cuiuſq; nocturni dñr ſub vna aña: ⁊ in fine pſalmorũ poſt vltimã añam cuiuſq; nocturni dicitur verſus. Poſtea Pr̃ nr̃. Et ne nos. Abſolutio. Exaudi. Benedictio. Benedictione perpetua: ⁊ alie ad ſingulas lectiones vt in prima Dñica de Aduentu ordinantur. Deinde leguntur tres lect. de Scriptura, que per ordinem in offõ de Tpe occurrunt: niſi alie aſſignentur: ⁊ ad ſingulas lect. dr̃ vnum Rñm conueniens offõ: ſi de tpe, vt in proprio tpis: ſi de ſancto, vt in proprio ſcõrum: alioquin vt in cõi. Et ſi lectiones primi noctur. ſint de ſcriptura officii de tempore.

¶ In fine vltimi Rñi cuiuſq; nocturni dr̃ Gloria pat. cũ repetitione partis Rñi: eo modo quo dicitur in prima dominica de Aduentu, primo Rñio illius Dominice excepto.

¶ In ſecundo nocturno dicuntur alii tres pſalmi, ⁊ Antiphone, Verſus, Pater noſter, Abſolutio, Ipſius, ⁊ eius conſequentes Benedictiones: vt in dicta prima Dominica de Aduentu habentur: tres lectiones de aliquo ſermone: aut de vita alicuius Sancti: ⁊ ad quamlibet lectionem vnum Reſponſorium Officio conueniens.

¶ In tertio nocturno alii tres pſalmi, cum antiphonis: vt ſupra: poſt tertiam antiphonam, Verſus, Pater noſter, Abſolutio, A vinculis, ⁊ Benedictiones conſequentes ad ſingulas lectiones, que erunt de homilia Euangelij de tempore, vel de feſto, ſecundum qualitatem officii: vt in eadem prima Dñica de Aduentu. Poſt ſeptimam ⁊ octauam lect. dicitur Rñm officio conueniens; aliquando autem dicitur etiam poſt nonã lect. vt

ſuis locis dicit, ⁊ in fine vltimi Rñſorii, aut octaui, aut noni, dicitur Gloria patri, vt ſupra. Si non dicitur nonum Reſponſorium, poſt vltimam lectionem dicitur hymnus, Te Deum.

¶ In officio trium lectionũ. Ad Matutinũ, Pater noſter, Aue Maria, Credo, Domine labia ⁊c. Inuitatorium, ⁊ hymnus in feriali officio de feria, ſi nõ ſint in proprio de tpe, dñr vt in Pſalterio: in feſtis, de feſto, vt in Cõi ſanctorum: deinde nocturnum ferię, vt in pſalterio, id eſt duodecim pſalmi, cũ ſex Antiphonis: ⁊ tempore Paſchali cum vna Antiphona, qui dicuntur tam in officio feriali, quam in feſtis ſimplicibus.

¶ Poſt pſalmos, ⁊ antiphonas dicitur Verſus: in feriali officio, vt in pſalterio: in feſtis, vt in Cõi ſanctorum: qui in feſtis ſumitur, ſecundum ferias, ex nocturno Communis, vnde ſumuntur Reſponſoria: vt dr̃ infra in rubricis, de Verſibus, ⁊ Reſponſoriis. Poſt verſum, dr̃ Pater noſter, Abſolutio, ⁊ Benedictiones: vt habetur infra in rubrica de Abſolutionibus ⁊ Benedictionibus. Tres lectiones (ſi non adſit homilia) ſingulę in officio feriali dicuntur, de Scriptura, quę eo die occurrit in pprio de Tpe: ſi adſit homilia, ſingulę tres de homilia. In feſtis, prima ⁊ ſecunda, de eadem ſcriptura: tertia de ſancto.

¶ Si fuerint duę lectiones de ſancto: prima tantum erit de Scriptura: reliquę de ſancto.

¶ Poſt ſingulas lectiones in feriis extra tempus Paſchale, dicitur vnum Rñſorium, ita vt dicantur tria reſpõſoria. Tempore vero Paſchali: ⁊ in feſtis duo tantum Rñſoria dicuntur, ſcilicet poſt primam, ⁊ ſecundam lectionem tantum: In fine vltimi Reſponſorii, ſecundi ſcilicet, aut tertii, dicitur Gloria patri, cum repetitione partis Reſponſorii. Quę Reſponſoria in Officio de ſanctis, ſumuntur ex Communi ſanctorum: in feriali Officio ex Dominicis, quando propria per ferias non diſtribuuntur, ordine deſcripto in rubrica de Reſponſoriis. Quando non dicitur tertium Reſponſorium, poſt tertiam lectionem dicitur Hymnus, Te Deum.

## De Laudibus.

AD Laudes, Deus in adiutorium ⁊c. dicũtur pſalmi ⁊ canticũ Benedicite, vel aliud: vt habetur in feriali officio extra tempus paſchale, cum Antiphonis officio conuenientibus.

Qui

Qui pſalmi, ⁊ canticum in Dominicis per annū, exceptis Do-
minicis a Septuageſima vſqꝫ ad Dominicam palmarum in-
cluſiue, ⁊ in feriali officio temporis paſchalis, ac in feſtis tā no
uem quam trium lectionum, dicuntur de Dominica, vt in pſal-
terio. Jn p̄dictis vero Dñicis a Septuageſima vſqꝫ ad Dñicā
palmarū incluſiue dicūtur vt ſuis locis ponit. Jn feriali officio
per annum, extra tempus paſchale, dicuntur vt in pſalte.

¶ Antiphone in Dominicis quando proprie non aſſignātur,
dicuntur vt in pſalterio. Jn feſtis nouē ⁊ trium lectionū, ſi non
adſint proprie dicuntur de Communi. poſt pſalmos dicitur Ca-
pitulum, Hymnus, Verſus, Antiphona ad canticum Benedi-
ctus, cum eodem Cantico, ⁊ Oratio: omnia pro qualitate: Of-
ficii, de Tempore vel de feſto.

¶ Preces quando dicende ſunt, dicātur ante primam oratio-
nem. Cōmemorationes vero de Cruce, de ſancta Maria, Apo-
ſtolis, ⁊ Pace, ſimiliter quando dicende ſunt, poſt orationem,
niſi aliā commemoratio feſti ſimplicis occurrat, que ſemper pre-
dictas commemorationes precedit, de quibus infra in propriis
rubricis dicitur.

¶ Ante orationē dr̄, Dñs vobiſcum, ⁊ Oremus: poſt vltimam
orationē repetitur. Dominus vobiſcū. Deinde, Benedicamus
domino: ⁊ verſus Fidelium anime, Pater noſter. Dñs det no-
bis ſuam pacem: ⁊ Antiphone beate Marie, vt habetur in fine
Completorii, ſi tunc diſcedendum ſit a Choro, alioquin in fine
vltime Hore, niſi ſequatur Miſſa, vel officium Defunctorum,
aut Litanie, vt in propria rubrica dicetur.

## De prima.

AD Primam, Pater noſter, Aue Maria, Credo ſecreto,
Deus in adiutorium, ⁊c. Hymnus. Jam lucis.

¶ Deinde inchoatur antiphona, que conuenit: que in feſtis
ad omnes Horas ſumitur ex laudibus per ordinē, quarta pre-
termiſſa. Jn aliis ſeruetur rubrica inferius poſita de Antipho-
nis. Poſtea dicuntur pſalmi, qui in dominicis ⁊ feriis dicuntur
vt in pſalterio, Jn feſtis autem, ⁊ tempore Paſchali, tres tan-
tum, vt etiam ibi annotatur.

¶ Poſt antiphonas dicitur capitulum, Regi ſeculorum. Jn
feriali officio extra tempus paſchale dr̄ Capitulum, Pacē. de-
inde

inde Reſium breue, Chriſte fili Dei viui, ⁊c. Poſt Reſiuz bre. in officio duplici, ⁊ infra octauas ſtatim dr oratio, Dñe Deus oīpſ: in alio officio non duplici dicitur Kyrie eleiſon, cum reliquis precibus, oīa vt in pſalterio: vbi quando aliquis ſolus dicit officium, ſemel tm̄ dicit: Cōfiteor omiſſis illis verbis: Tibi pater, vel vobis fratres, ⁊ te pater, ⁊ vos fratres: qđ etiaz ſeruatur, qñ dicitur ad Completorium. In feriali officio quando dicte ſunt preces ad Laudes: adduntur alie preces, vt ibi in pſalterio.

¶ Poſt oronem, i Choro legitur Martyrologiuz: deinde dicit Precioſa cū reliq. Que ēt dicant ab iis qui extra Chorum nō legerint Martyrolog. in fine ad Abſolutionē Capl̄i i feſtis, dicit Capl̄m None: Alio tpe tam in Dñicis, quam feriis, vt in pſalte.

## De Horis, Tertia, Sexta, ⁊ Non

AD Tertiam, Sextam, ⁊ Nonam: ante ſingulas horas dr Pr nr̄. Aue Maria. Deus in adiuto. Hymnus, ⁊ pſalmi, vt in pſalterio. Añe ſm oficij qualitatem ordine quo ſupra: Dictis pſalmis, poſt añam dr Capitulum ⁊ Reſium breue ꝑ qualitate officii: que in Dñicis ⁊ feriis, qñ nō habentur ꝓpria in proprio de tpe, dicuntur vt in pſalterio: in feſtis ſi in proprio Scōrum nō ſint ꝓpria, ſumuntur de Cōi. Poſt Reſium breue dicitur oratio que habetur in proprio de tpe: ſi autem ſit de ſctō, vt in proprio Sanctorum: alioquin vt in Communi.

¶ Poſt orationem repetitur, Dñs vobiſcum: ⁊ dicitur, Benedicamus Dño: Fidelium anime: ⁊ Pater noſter, ſecre.

## De Veſperis.

AD veſpe. Pater nr̄. Aue Maria. Deus in Adiuto. ⁊c. Deinde dicuntur quinqz pſalmi, cū quinqz añis, vt in proprio, aut Cōi Sāctorum ſignantur. In Dñicis autem, ⁊ Feriis añe ⁊ pſalmi ſemper dicuntur vt in ſpalter. vbi Tpe paſchali pſalmi dicūtur ſub vna antiphona niſi alie proprie Antiphone, vt in Dominicis Aduentus, aſſignentur.

¶ Poſt pſalmos, ⁊ antiphonas dicitur Capitulum, hymnus, verſus, aña ad Magnificat cūm eodem cantico, ⁊ Oratio, oīa de Tempore, vel ſancto pro qualitate oficii.

¶ Preces quando dicende ſunt, dicuntur ante orationem: Cōmemorationes vero de Cruce, S. Maria, Apoſtolis, ⁊ pace poſt eam, vt infra in propriis rubricis dicitur.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

## De Completorio.

AD Complet. abſolute dr̃ lectio breuis, vt in pſalterio: de=
inde Pater nr̃: Cõfiteor: Miſereatur: Indulgentiã: Con=
uerte: Añа: Pſalmi: Hymni. Capitulum: Reſpõ breue: Canticũ
cũ añа: omnia vt in fine pſalterij: ꝛ poſt eã in duplicibus, ꝛ infra
octauas dr̃ Oratio: in alio offõ non duplici ante orationem dici
tur Kyrie eleiſon cum reliquis precibus: vt ibidem in pſalterio.
¶ Poſt verſum Benedicat ꝛ cuſtodiat nos ꝛc. dr̃ vna ex añis
B. Marię, cum verſiculo ꝛ Oratione, vt ibidem: ꝛ dicto verſu
Diuinum auxilium, dicitur ſecret. Pr̃ nr̃. Aue Maria, ꝛ Credo.

## De Inuitatorio.

INuitatorium ſemper dicitur in omni officio ad Matuti.
cum pſalmo, Venite: ordine in principio pſalterij deſcri=
pto: ſed variatur pro officij qualitate, vt in pſalterio, ꝛ in pro=
prio de tempore, ac in proprio ꝛ Communi ſanctorum.
¶ Non dr̃ in die Epiphanię, nec in triduo ante paſcha, vt ſuis
locis dicitur: nec in offõ Defunctorum per annum, excepto die
Commem. omnium fidelium Defunctorum, ꝛ pręſente corpore.

## De Hymnis.

HYmni ſemper dicuntur in qualibet hora, pręterquam in
triduo ante paſcha vſque ad Sabba. in Albis incluſiue: ꝛ
pręterquam in officio defunctorum.
¶ Ad Matut. hymnus dicit̃ poſt pſalm. Venite: repetito Inui=
tatorio, pręterquam in die Epiphanię. Ad Laudes, ꝛ Veſp. dicit̃
poſt Capitulum: ad Horas ante pſalmos ꝛ antiphonas, ad Cõ
pletorium poſt pſalmos ꝛ antiphonam.
¶ Dicuntur autem in officio de Tempore, vt in pſalterio, quã=
do proprij hymni in ꝓprio de Tp̃e non adſunt: q hymni de pſal
terio, in dominicis, ꝛ ferijs aſſignati dicuntur ab octaua Pente.
vſq; ad Aduentũ (Dominica infra octauã Corp. Chriſti exce=
pta) ꝛ ab octaua Epiph. vſq; ad Dominicam primam Quadr.
excluſiue. In officio de Sanctis, dicuntur vt in Communi San
ctorum: niſi proprij in proprio ſanctorum habeantur.
¶ In Natiuitate Dñi ꝛ vſque ad Epiph. in feſto Corp. Chriſti,
ꝛ per octauã, ꝛ qñcunq; fit offm̃ ſanctę Marię tam nouem quã
trium lect. etiam tp̃e paſchali, in fine omnium hymnorũ (pręter=
terquam in fine hymni. Aue maris ſtella) dicit̃ Gloria tibi dñe,



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Qui natus es de Virgine: vt in eius officio paruo, etiã ſi dicantur hymni de ſanctis, qui infra octauas predictas celebrantur: dummodo Hymni de Sanctis ſint eiuſdem metri.

¶ In Epipha. dñi, ꝛ per totam octa. ac in feſto Transfigura. in fine omniũ hymnorũ dicit Gloria tibi dñe, q apparuiſti hodie.

¶ A dominica in Albis vſque ad Aſcenſionem in fine omnium hymnorum dicitur Gloria tibi domine, Qui ſurrexiſti a mortuis; etiam in feſtis Sanctorum eodem tempore paſchali occurrentium: dummodo hymni ſint eiuſdem metri.

¶ Ab Aſcenſione autem vſq; ad pente. dr̃ Gloria tibi dñe, Qui ſcandis ſuper ſydera, ſimiliter etiam ꝛ in feſtis occurrentibus.

¶ In pentecoſte vero ꝛ per octauam dicitur Gloria patri domino, Natoque qui a mortuis ꝛc. Alijs temporibus terminantur hymni, vt ſuis locis ponitur.

## De Antiphonis.

Ad omnes horas ſemper cum pſalmis dicuntur Antiphone vel vna vel plures pro diuerſitate officij, ꝛ horarum.

¶ Si de tpe fiat officiũ, id eſt de dñica, aut feria, dñr Añe, vt in pſalterio, que cum pſalmis poſite in Veſperis dñice, ꝛ feriarũ, in Completorio, ac in nocturnis (et qñ fit offm̃ de feſto triũ lect. id eſt ſimplici) nunquã mutantur niſi tpe paſchali, quo tpe dicitur vna tm̃ Aña, Halleluiah, excepto tpe et Aduentus: quo tpe ad veſperas ꝛ nocturnos dominice ponuntur proprie antiphone. In Laudibus ꝛ alijs Horis mutantur pro diuerſitate temporum: vt in proprio de tempore habentur, cum vero non aſſignantur, ſemper dicuntur que poſite ſunt in pſalterio.

¶ Añe que in proprio de Tpe ſabbato ponuntur ad Magnificat pro prima dominica alicuius menſis, ſumende ſunt ex ea dominica, que eſt propinquior Calendis: vel eſt in Calendis illius menſis, vt ſupra in rub. de dominicis, ac etiam in rubri. menſis Auguſti dicit: ꝛ ſemper in ſabbato ponitur antiphona ad Magnificat, que cõtigua eſt libro Scripture in dominica ponẽdo.

¶ In feſtis nouem lect. ad veſp. dñr añe de Laudib. niſi proprie in veſperis aſſignentur. Ad Horas ſimiliter, tã in offõ de tẽpore quam de Sanctis, quando habentur proprie in Laudibus, ꝛ alie proprie non fuerint ad Horas, ſumuntur ex Laudibus quarta pretermiſſa, hoc ordine. Ad primam, prima: Ad Tertiam,

tiam, ſecunda. Ad Sextam, tertia: Ad Nonam quinta.

¶ In ferijs Aduentus, que non habent ad Horas proprias antiphonas, ſumuntur ex Laudibus dominice precedentis. Ubi vero in Laudibus feriarum Aduentus fuerint proprie: ſumuntur vt dictum eſt, ex ipſis laudibus feriarum proprie.

¶ Tempore paſchali, in officio tam nouem, quam trium lect. pſalmi nocturnorum cuiuſlibet nocturni, dicuntur ſub vna antiphona, que officio conuenit vt ſuis locis ponitur.

¶ In duplicibus ad Veſper. Matut. et Laudes tm̄ antiphone dicuntur ante pſalmos integre: et poſt pſalmos integre repetũtur: in alijs Horis, et in officio non duplici, in principio pſalmi inchoat tm̄ antiphona, deinde ĩ fine integra dicitur. Et qñ añа incipit ſicut ps, poſt inceptã añam dicatur quod ſequitur ĩ pſalmo ſine repetitione principij, ab eo loco vbi deſinit antiphona.

¶ Antiphonis proprijs, tam in officio de tempore, quam de Sanctis ſemper cedunt, que habentur tam in pſalterio, quam in Communi ſanctorum.

¶ Quando fit aliqua commem. ſemper dicitur antiphona ante orationem cum verſu que ſumitur ex officio, quod conuenit ei, de quo fit commemoratio: ita vt in Veſperis ſumatur antiphona que aſſignatur ad Magnificat, in Laudibus que ad Benedictus, cum verſibus qui habentur poſt Hymnum.

¶ Antiphone ſancte Marie poſite in fine Completorij, dicuntur vt inferius in propria rubrica dicitur.

## De pſalmis.

Pſalmi in offõ de tpe, per oẽs Horas, in dñicis et Ferijs dicuntur eo modo quo diſtributi ſunt in pſalterio: niſi aliqñ aliter in proprio de tpe ſignentur. In feſtis autẽ dicuntur, vt in proprijs locis ſignantur: alioquin vt in Communi Sanctorum.

¶ Pſalmi ad Laudes de dñica cũ cantico Benedicite, dicuntur in omnibus feſtis per annum, et in ferijs temporis paſchalis.

¶ Pſalmus, Confitemini, dicitur ad primã cum alijs pſalmis in pſalterio aſſignatis in ◦ibus dominicis (quando offm̄ fit de dominica) a tertia dominica poſt pentec. incluſiue vſqз ad Natiuitatẽ domini excluſiue: et a ſcḋa dominica poſt Epiph. incluſiue, vſqз ad Septuag. excluſiue: a Septuageſima autez incluſiue vſqз ad paſcha excluſiue, eius loco dicit pſalmus, Dominus regna-

gnauit: ⁊ pſal. Confitemini: tunc dr̄ ad Laudes poſt pſalm. Miſerere: vt ſuo loco dicit̄. In Dñicis vero Tpis paſchalis a Dominica in Albis incluſiue vſque ad Aſcenſio. excluſiue, dicuntur tantum tres pſalmi ſicut in feſtis: addito ſymbolo Athanaſij. Alij pſalmi per ſingulas ferias diſtributi ad primaꝫ, dicunt̄ ſinguli loco pſalmi, Confitemini: in feriali tm̄ offō, quando de feria agitur extra tēpus paſchale. In ferijs vero tpīs paſchalis, in feſtis per annum, ⁊ in ſabbato, ſiue de ſancta Maria, ſiue de feria fiat officium, dicuntur tantum tres pſalmi: ſ. Deus in nomine tuo. Beati immaculati, ⁊ Retribue: etiam ſi feſtum duplex celebretur in Dominica.

¶ In Dominicis autem, quando officium fit de Dominica, poſt pſalmos additur ſemper ſymbolum Athanaſij, Quicunqꝫ, vt infra in propria rubrica dicetur.

¶ Pſalmi Horarum, ſcilicet ad Tertiam, Sextam, ⁊ Nonam, ⁊ ad Completorium, nunquam mutantur, vt in pſalterio, ſiue de ſanctis, ſiue de Tempore fiat officium.

¶ Pſalmi de Dominica ad Veſp. vt plurimum dicuntur in veſper. feſtorum excepto vltimo qui mutatur: cum vero aliter fit ſuis locis annotatur. In Veſper. infra octa. dicuntur pſalmi, vt in ſecundis Veſp. feſti, exceptis primis Veſp. diei octauę, in quibus dicuntur, vt in primis Veſp. feſti.

¶ In fine pſalmorum ſemper dicitur Gloria patri, preterquaꝫ in pſalmo, Deus Deus meus ad te de luce vigilo: ⁊ in pſal. Laudate Dominum de cęlis, in quibus dicitur tantum in fine vltimi pſalmi, ante Canticum Benedicite, ⁊ ante Capitulum. Preterea non dr̄ in triduo Maioris Heb. ante paſcha, nec in officio Defunctorū, cuius loco pro Defunctis dr̄, Requiē ęternaꝫ ⁊c.

## De canticis.

Cantica dicūtur in officio de tempore, tam de Dominicis, quam de Ferijs, vt in pſalterio diſtribuuntur ad Laudes, Veſperas, ⁊ Completorium.

¶ In feſtis, ⁊ Tempore paſchali ad Laudes ſemper dicitur Canticum, Benedicite, vt in Dominica, ⁊ in fine eius non dicitur Gloria patri, ſicut in alijs Canticis dicitur, nec reſpondetur, Amen. Alia cantica ferialia, vt in pſalterio, ad Laudes non dicuntur niſi quando officium fit de feria extra tempus paſchale.

¶ Canticum

¶ Canticum Benedictus, Magnificat, ⁊ Nunc dimittis, ſemper dicuntur ſuo loco, vt in pſalterio.

## De Verſibus.

Verſus ſemper dicuntur ad Matut. poſt vltimum pſal. ⁊ antiphonam nocturnorum, ſiue in officio dicantur tres nocturni, ſiue vnus. Ad Laudes ⁊ Veſperas, Verſus dicit poſt Hymnum. ad horas dicitur in Reſponſorio breui, poſt repetitionem partis Reſponſorij, dicto Gloria patri.

¶ In paſcha Reſurrec. ⁊ per eius octauam vſque ad ſabbatu͂ in albis incluſiue, in Nocturno tantum dicitur verſus, in aliis Horis non dicitur, vt ibi.

¶ Quando fit aliqua commem. ſemper poſt antiphonam eius, de quo fit commemoratio, dicitur Verſus, qui in eius officio ponitur poſt Hymn. Veſperarum ⁊ Laudum.

¶ Verſibus tempore paſchali ſemper additur Halleluiah.

¶ Verſus Dñs vobiſcum, ſemper preponitur orationi: ⁊ poſt eam repetitur, vt infra dicitur in rub. de oratione.

¶ In officio feſti triu͂ lect. poſt omnes pſalmos feriales cum antiphonis, dicitur Verſus de Communi Sanctorum, hoc ordine. Feria ij. ⁊ v. Verſus primi nocturni. Feria iij. ⁊ vj. verſus ſecundi noct. Feria iiij. verſus tertij nocturni.

¶ Verſus poſiti in pſalterio ad Laudes, ⁊ Veſp. ſemper dicuntur quando alij proprij non aſſignantur, in proprio de tẽpore.

## ¶ De Abſolutionibus, ⁊ Benedictionibus ante lectiones.

Abſolutiones, ⁊ benedictiones dicuntur per ordinem in officio nouẽ lectio. ante lectiones, vt in prima Dñica de Aduentu ponuntur. ſ. poſt verſu͂ dicto Pater noſter. Et ne nos. dicitur abſolutio ⁊ Benedictio, vt ibi: preterquam in Matutinis tenebrarum Maioris hebdo. ⁊ in officio Defunct. in quibus Abſolutio ⁊ Benedictio non dicuntur.

¶ Si officium nouem lect. fit de Sancto, octaua benedictio erit, Cuius, vel Quorum feſtum colimus ⁊c. vt ibi. Si de ſancta Maria, octaua benedictio erit. Cuius feſtum colimus ipſa virgo virginum ⁊c. Cum leguntur tria euangelia cu͂ homilia, fiat ſicut in Natiuitate domini dicitur.

¶ Si ſit offiu͂ trium lect. ⁊ fit de feria, in qua ſingulę tres lect. ſunt de Scriptura, Abſolutio ⁊ Benedictiones ſumuntur ex

priſma dominica de Aduentu hoc ordine. Feria ſecunda ⁊ quin-
ta Abſolutio ⁊ Benedictiones primi noctur. dicuntur. Feria
tertia ⁊ ſexta ſecundi noct. Feria quarta ⁊ ſabbato, tertij noct.
¶ Si autem ſingulę tres lect. non ſunt de Scriptura, Abſolutio
dicitur ſecundum ferias, ſicut qñ tres ſunt de Scriptura. Bene-
dictiones vero ſemp dñr, vt in tertio noc. dictę dñicę ordinant.
¶ Si tres lect. ſunt de homilia: Prima Benedictio erit, Euan-
gelica lectio. Secunda, Diuinum auxiliũ. Tertia, ad ſocietatem.
¶ Si fit de ſancto, de Abſolutionibus idem ſeruatur quod in fe-
rijs, quando non legitur homilia: ſed Benedictiones dicuntur
vt in tertio noctur. hoc modo. Prima, Ille nos benedicat: Se-
cunda, cuius, vel quorum feſtum colimus: Tertia, ad ſocietatem.
¶ Quando fit offiũ B. Marię in ſabbato: Abſolutio ⁊ Bene-
dictiones dicuntur, vt in eius off. paruo circa finem Breuiarij.

## De Lectionibus.

Lectiones leguntur ad Matut. dictis pſalmis nocturno-
rum cum antiphonis, verſibus, Abſolutionibus quoq; ⁊
Benedictionibus, vt ſupra. In duplicibus ⁊ ſemiduplicibus di-
cuntur nouem lectiones, ideſt in quolibet nocturno tres: in fe-
rijs ⁊ feſtis ſimplicibus leguntur tantum tres lectiones.
¶ In offõ nouem lect. leguntur hoc modo. In primo noctur.
ſemper leguntur tres lect. de Scriptura: quę qñ ſuis locis pro-
prię, aut de Cõi ſcõrum non aſſignantur, ſemper leguntur vt in
officio de Tpe: quę ſua quaq; die occurrunt legendę. In ſecun-
do noct. ſi fit de ſancto, tres lectiones leguntur de vita Sancti:
quę ſi non adſint proprię, leguntur de ſermone, qui ei conuenit,
ex Cõi Sanctorum: Unde etiam numerus trium lect. completur,
quando officium fit nouem lect. de aliquo Sancto, qui non ha-
bet niſi vnã, vel duas lect. de vita ſancti. Si fit de dominica, vel
alio officio nouem lect. per annum, ẽt de octaua, leguntur tres
lect. de aliquo ſermone, qui in illis ponitur. In tertio noct. ſem-
per leguntur tres lectiones de homilia in euangelium, poſitę
in proprio aut ex Communi aſſignatę: ⁊ primę lectioni de ho-
milia ſemper preponitur principium lectionis, de Euangelio, de
quo eſt homilia: etiam infra octauas. Excipiuntur ab hoc ordi-
nario lectionum Matutinę tenebrarum ante paſcha, ⁊ defun-
ctorum, vt in ſuis officijs ponitur.

¶ Si

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Si in offõ nouẽ lect. in quo non dz nonũ rñſorũ ↄtingat ſie=
ri commę.de aliquo ſancto, qui propriam habet lectionẽ, nona
lectio legitur de ſancto: ſi fuerint duę de ſancto, cuius ſit cõme.
ex duabus lectionibus ſiat vna lectio: omiſſa nona lectione in
dicto off. nouem lec. vel octauę lectioni adiuncta. Quod ſi eodẽ
die occurrat dñica, vel feria quę habeat homiliam, nona lectio
ſancti omittitur: ⁊ eius loco legitur homilia dñicę, vel ferię.

In offõ trium lec. ſi ſit de feria, tres lec. leguntur de Scriptu=
ra: niſi tres ſint de homilia: quia tunc omiſſis lectionib. de Scri
ptura, tres leguntur de homilia. Si ſit de ſancto, quę hẽat duas
lect. prima tñ erit de Scriptura: vel vna, vel ex tribus vna: Se
cunda ⁊ tertia de Sancto. Si vnam tñ habuerit, vel propriaꝫ,
vel ex Cõi aſſignatã: prima ⁊ ſecunda erunt de ſcriptura: tertia
de ſancto: quod ẽt ſeruatur in officio S. Marię in ſabba.

Si initium lectionis de ſcriptura transferatur in ſecundã fe=
riã, lectiones ſcripturę poſitę in ſecunda feria, vel omittanẽ, vel
cũ alijs de eadẽ ſcriptura adiunctę legantur: quod ſemper fieri
poteſt, quando lectiones de ſcriptura aliquo die omittuntur.

Lectiones aũt de ſcriptura in officio de tpe ſic diſtributę ſũt
per annum: vt quotidie aliquid ex ea legatur etiam in officio
de ſanctis, quando alię, vt dictum eſt, non aſſignantur.

Initia librorum ſacrę ſcripturę (qui fere ſemper in Dominni=
cis inchoantur) eo die ponuntur, quo notata ſunt etiam ſi ſiat
officium de ſancto: niſi in feſto alię proprię lectiones ſcripturę
de Communi aſſignentur: tunc enim initium lectionis de ſcri=
ptura transfertur in ſequentem diem, ſimiliter non impeditã.
Hiſtoria vero, ideſt Reſponſoria ex hiſtoria ſcripturę ſumpta:
ſi eo die in quam transfertur initium ſcripturę propter feſtum
occurrens poni non poſſit, ponatur infra hebdomadam, vt di
citur in rub. de Reſponſorijs. Cum autem initium alicuius epi=
ſtolę beati Pauli, poſt octauam Epipha. vel epiſtolę canonicę
tempore paſchali, aut alicuius prophetę minoris menſe Noue
bri, infra hebdomadam illorum temporum impeditur aliquo
feſto nouem lectionum habente proprias lectiones de ſcriptu=
ra, dictum initium epiſtolę ⁊ prophetę, quoad commode fieri
poterit, ponatur in ſequenti feria alio ſimili initio ſcripturę po
nendo, vel feſto non impedita: alioquin in pręcedenti ſimiliter



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

non impedita, vel cum aliis lectionib. de eadem ſcriptura in ſequentibus diebus continuetur, ita ut aliquo modo ponatur. Cum etiam initium lectionis alicuius libri de ſcriptura transfertur in aliā diē, alię lectionis eadē die, de eadē ſcriptura aſſignatę, vel cum ſuperioribus lectionibus legantur, uel omittantur: ita vt non oporteat eas amplius in alio ſequēti die reſumere: ſed illę legantur, quę ſua quaqꝫ die occurrunt, aut cum eiſdē iungantur. Quod ſemper ſeruetur, quando lectiones occurrentes de ſcriptura legi non poſſunt.

De ſcriptura quoqꝫ tm̄ eſt poſitū, quantum ſatis vī, pro numero hebdomadarum, quę eſſe poſſunt, ⁊ inter Epiphaniam ⁊ Septuag. ⁊ inter pentecoſten. ⁊ Aduentum. Ubi vero contingit minui numerum Dñicarum ⁊ hebdomadarum poſt Epipha. adueniente Dñica Septuageſimę, ⁊ poſt pentecoſt. adueniente alia Dñica, vt infra dī, quod ſuper eſt de ſcriptura alicuius libri pro numero dictarum Dñicarum, ⁊ hebdomadarum, poſiti, eo anno omittitur. Quod etiam fit de ſcriptura ex libris Regum: de quibus legitur ab octaua pentec. vſqꝫ ad primā Dñicam Auguſti, cum non expletur numerus Dñicarum poſt oct. pentec. de eo libro annotatus vſqꝫ ad menſē Auguſti: qr tunc lectionibus de eo libro omiſſis, legitur ſcriptura quę ponitur menſe Auguſti. Quod ſimiliter ⁊ in ſequentibus menſibus obſeruatur: qui menſis cui quinque Dominicę aſſignantur, nō habuerit niſi quatuor: tunc enim omittūtur lectiones quintę Dominicę, ⁊ eius hebdomadę: ⁊ ponuntur lectiones primę dominicę ſequentis menſis, ⁊ eius hebdomadę, quę. ſ. Dominica proximior eſt Calendis illius menſis, ſecundum rubr. menſis Auguſti poſitam in proprio de Tempore.

Lectiones Dñicę quintę Octobris, qñ October habuerit tm̄ quatuor Dñicas, leguntur feria quinta precedentis hebdoma. non impedita feſto duplici, quod habeat proprias lect. ſcripturę: alioquin legātur feria ſexta eiuſdem hebdo. coniunctę lectionibus ſecundę ⁊ tertię ferię hebdomadę quintę.

Lectiones ēt ſecundę Dñicę Nouembris, ⁊ eius hebdomadę ōmittuntur, quando idem menſis habuerit tm̄ quatuor dominicas: tunc e.n. tertia Dominica Nouemb. cum ſua hebdo. ponitur loco ſecundę, ⁊ quarta loco tertię, ⁊ quinta loco quartę.

Lec-

¶ Lectiones de ſcriptura, poſitę in Cōi ſcōꝝ, leguntur tam in feſtis duplicib. q̄ ſemi duplicib. vbi aſſignantur in Proprio ſcōꝝ per annū: Rurſus qn̄ aliquod feſtum in ꝓpria eccleſia ſolenniter celebratur: Item qn̄ aliquod feſtū nouē lect. occurrit in Quadrageſima, ⁊ Quatuor tēporib. in ſecunda feria Rogationū, ⁊ in Vigilia Aſcenſ. in quibus ferijs in offō de Tēpore non aſſignantur lectiones de ſcriptura, ſed de homilia: tunc n. in feſtis recurrēdū eſt ad lectiones de ſcriptura, poſitas in Cōi ſanctorū. Quod ſi occurrat in die octaua alicuius feſti habētis octauā: tunc in primo noct. diei octauę repetantur lectiones, quę in primo noct. feſti lectę fuerint. Alię lectio. ſecundi ⁊ tertij noct. poſitę in Cōi Sanctorū: ſimiliter leguntur qn̄ in proprio ſanctorum aſſignantur: ⁊ quando in aliqua eccleſia aliquod feſtum celebratur cum nouem lectionibus: quia in ea eſt ſolenne, aut conſuetum celebrari, quod proprias de feſto lectiones non habuerit.

¶ In fine cuiuſcunq; lectionis dicitur: Tu autem dn̄e miſerere nobis, ⁊ reſpondetur, Deo gratias. Quod etiam fit in lectionibus breuibus in principio Completorij: ⁊ in fine Primę, poſt Precioſa: pręterquam in triduo maioris hebdo. ante paſcha: ⁊ in officio Defunctorum, vt ſuis locis ponitur.

## De Reſponſorijs poſt lectiones.

Reſponſoria dn̄r ad Matut. poſt lectiones: ita vt poſt quālibet lect. dicatur vnum Reſponſorium, vt infra.

¶ In feſtis nouem lect. (pręterquā in feſto SS. Innocentiū, qn̄ non venerit in Dn̄ica) ⁊ in Dn̄icis a Dn̄ica in Albis incluſiue vſq; ad Aduent. excluſiue: ⁊ a Dominica infra oct. Natiuitatis incluſiue vſq; ad Septuag. excluſiue, dicūtur octo tantū Reſpōſoria: ⁊ in fine tertij, ſexti, ⁊ octaui, dicitur Gloria patri, cū repetitione partis Reſponſorij: quod regulare eſt in fine vltimi Reſponſorij cuiuſlibet nocturni, tam in officio nouē, quam triū lect. exceptio tempore paſſionis: quo tēpore repetitur Reſponſoriū a principio: excepto etiā officio Defunctorū: cuius loco dicitur Requiem ęter. Qui verſus Gloria patri, quibuſdam diebus dī in primo Reſponſorio, vt in proprijs locis annotat. Poſt nouā lectionē prędictis diebus, quando octo tantum dicuntur Reſponſoria: immediate dicitur hymnus, Te Deum.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

¶ In Dominicis Aduentus, ⁊ in Dominicis a Septuageſima vſque ad Dominicam palmarum: ⁊ in triduo ante paſcha dicuntur nouem ℞ia: quia tunc non dicitur, Te Deum.

¶ In feſtō aūt trium lect. qñ fit de feſtoꝝ ⁊ in ferijs tp̄is paſchalis, quod eſt inter Dñicam in Albis, ⁊ Aſcenſionē (excepta feria ij. Rogationum, in qua dr̄ tertium ℞ium) dicūtur duo ℞ia: quia poſt tertiam lectionē dr̄, Te Deum: Que ℞ia in feſtis ſumuntur de Cōi Scōrum, ⁊ in dictis ferijs Temporis paſchalis, quando alia propria non aſſignantur, ſumuntur de Dominica, in qua primo ſunt poſita, hoc ordine.

¶ Secunda ⁊ quinta feria, primū ⁊ ſecundū ℞ium primi nocturni. Feria tertia ⁊ ſexta, primum, ⁊ ſecūdū ℞ium ſecundi noct. Feria quarta, primum ⁊ ſecundum ℞ium tertij nocturni.

¶ In alijs ferijs, extra tp̄s paſchale dicūtur tria ℞ia (quia in illis non dr̄, Te Deum.) Hoc ordine. Feria ſecunda ⁊ quinta, tria ℞ia primi nocturni. Feria tertia ⁊ ſexta, tria ℞ia ſecundi noct. Feria quarta ⁊ ſabbato, qñ in eo fit de feria, tria ℞ia tertij noct. Dominice precedentis, in qua primo ſunt poſita. Verum quia in tertio noct. Dominicarum a tertia poſt pentec. incluſiue vſque ad Aduentum excluſiue: ⁊ ab octa. Epiphan. vſque ad Septuag. excluſiue, non hꝫ niſi vnum ℞ium dicendū infra hebdomadā, qđ eſt ſeptimū in Dñica, propterea quod ℞ium, Duo Seraphim, non dr̄ niſi in Dominicis poſt penteco. vſque ad Aduentum, ⁊ ab Epiphania vſqꝫ ad Septuag. ideo Feria quarta ⁊ ſabbato quando ex tertio noctur. ſumenda erunt ℞ia, primū ℞ium erit quod eſt ſeptimū Dñice, ſecundo ⁊ tertio loco dr̄ ſecundū ⁊ tertiū ſequentis ferie. i. poſt ſecundā, ⁊ tertiā lect. dr̄ ſecundū ⁊ tertiū ℞ium, quod eſt ſecundū ⁊ tertiū ſecunde ſequentis ferie, ſi ꝓpria ℞ia habuerit: alioquin ſi non habuerit ꝓpria, dr̄ ſecundum ⁊ tertium ℞ium primi noctur. eiuſdem Dominice.

¶ Sumuntur aūt ℞ia ex eo loco, vbi primo ſunt poſita in principio menſis vel libri, ⁊ ea repetuntur in alijs ſequentib. Dñicis illius menſis: in quibus alia non aſſignantur, vel donec de illo libro legitur, vnde ſumpta ſunt ℞ia. Que aūt in prima hebdo. menſis poſita ſunt per ferias, repetantur eodem ordine in eiſdem ferijs per ſequentes hebdo. donec alia ponantur.

¶ Reſponſoria ēt propria ſecunde ferie, ſi pp feſtum occurrēs

poni

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

poni non poſſint in ea feria vbi aſſignantur, ponantur in ſequē ti prima occurrenti feria. Ubi vero non adſunt propria, ſemper ex nocturnis Dominicę ſumuntur dicto ordine.

¶ Si ℟ia primi noctur. eius Dominicę, in qua primo ponuntur pp feſtum duplex in ea occurrens, in ipſa Dominica poni non poſſint, ponātur primo die eius hebdomadę, in qua occurrit fieri de feria. ⁊ omittantur alia, quę forte in illa feria propria haberentur. Si uero in tota hebdomada nō occurrat dies, in quo fiat de feria, prima die non impedita feſto nouem lect. fiat offiū de feria, cum comm. feſti trium lect. in ea occurrentis: ſi tota hebdomada, ⁊ ſequens dominica fuerit impedita offō nouē lect. in qua nō poſſit fieri officium de Dominica vel de feria, id fiat in ſequenti hebdomada vel Dominica: dummodō in ea alia ℟ia non ſint primo ponenda: quia tunc ſi alia ℟ia ſint primo ponenda, prima die pręcedentis hebdomadę non impedita feſto duplici, fit de feria, vt ſupra: ⁊ feſtum ſemiduplex ſi̅ ea occurrēns transferatur.

¶ ℟ia ēt tertii nocturni, quę in aliquibus Dominicis ex textu euangelij ſumpta ſunt, non repetantur per hebdomadā, quando in ea ſumenda ſint ℟ia ex tertio noctur. Dominicę: ſed eorum loco dicantur alia ſequentis ferię? Idem ſeruatur de quibuſdam ℟iis proprijs, in ferijs Quadrageſimę, vbi vnum tantum ℟ium ponitur: quia non dicuntur niſi in eo die, quo ponūtur: ⁊ in alijs ſequentibus ferijs Quadrageſimę ſumuntur ex dominica, ordine ſupradicto.

¶ Tpe paſchali in fine ℟ii ante verſum additur Halleluiah. Primum ℟ium feſti quod aliquando nō dicitur infra quaſdam octaua, dicitur in dominica infra octa. ſi ad modū octauę agatur officium, ⁊ in die octaua: niſi aliter notetur.

## De Reſponſorijs Breuibus Horarum.

Reſponſoria breuia dicūtur poſt capl'm ad Primam, Tertiam, Sextam, ⁊ Nonā, ⁊ ad Completoriū: pręterquā in triduo ante Paſcha vſqz ad Sabbatum in Albis excluſiue: quibus diebus non dīr. Ad Primam ⁊ Complet. ſemper dīr codē modo, vt in pſalterio. In alijs Horis, qñ fit offiū de dñica, vel de feria per annum, dīr vt hīr in pſalterio. In Aduentu autē, Quadrag. ⁊ tpe paſchali, vt ſuis locis hīr ppria. In feſtis ſimi-



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

literqñ non habentur propria, dicuntur vt in Cõi ſanctorum.

¶ In fine Rꝝ breuis ſemper dr̃ Gloria patri, cum repetitione partis Rꝝ: eo modo quo ordinatur ad primã in pſalterio: preterquam tẽpore paſſionis: tunc.n. non dr̃ Gloria patri: ſed eius loco repetitur Reſponſorium breue a principio.

¶ In Rꝫo breui ad Primam, loco verſus, Qui ſedes, ⁊ cetera, vt in pſalterio, in Aduentu dr̃, Qui venturus es in mundum, tã in Dñicis ⁊ ferijs, quam in feſtis (excepto feſto Conceptio. B. Marie.) In Natiuitate Dñi ⁊ vſqꝫ ad Epiph. etiã in feſtis occurrentibus. In feſto Corp. Chriſti, ⁊ per octauã: ⁊ in omni offõ B. Marie, tam nouem quam trium lect. dr̃, Qui natus es de Maria virgine. In Epiph. ⁊ per octauã, ⁊ in feſto Transfigu. dr̃, Qui apparuiſti hodie. A Dominica in Albis incluſiue vſque ad Aſcenſionem excluſiue, tam in officio de Tempore, quã de ſanctis (excepto officio ſancte Marie) ſemper dicitur, Qui ſurrexiſti a mortuis. Ab Aſcenſione vſqꝫ ad pentec. excluſiue, dicitur, Qui ſcandis ſuper ſydera. In pentecoſte ⁊ reliquo anni tempore, tam in officio de tempore, quam de Sanctis dicitur, Qui ſedes ad dexteram patris, vt in pſalterio.

¶ Rꝫa breuia aliarum Horarum, que ponuntur in prima Dominica de Aduentu, dñr per totum Aduentum, qñ fit officiũ de Tpe. Similiter que ponuntur in prima Dominica Quadrag. dicuntur vſqꝫ ad Dominicam paſſionis excluſiue. Et que ponuntur in Dominica paſſionis, dicuntur vſqꝫ ad feriam quintam in Cena Domini excluſiue. Itez que ponuntur in Dñica in Albis, dicuntur vſqꝫ ad Aſcenſ. excluſiue. Que vero ponuntur in aliquo feſto habente octauam, dicuntur per totam octauam, qñ fit de octaua. In officio autem B. Marie, tam nouem quam trium lect. excepto feſto Aſſumptionis eiuſdem, dicuntur ſemper Rꝫa breuia de Communi Virginum.

¶ Tpe paſchali a Dñica in Albis vſqꝫ ad ſabbatum poſt pentec. incluſiue, in primo verſu Rꝝ breuis ponuntur duo Alleluia, ⁊ in ſecundo vnũ: tam in offõ de Tpe quam de Sanctis.

## De Capitulis.

Capitula ſemper dicuntur (preterquã a feria quinta in Cena Dñi vſqꝫ ad ſabbatũ in Albis incluſiue, ⁊ preterquam in offõ Defunctorũ) ad Veſp. Laud. ⁊ alias Horas, dictis pſalmis,

mis ⁊ antiphonis: Ad Complet. vero dicto etiam hymno.

Capitula Dñicalia, poſita in pſalterio in primis ⁊ ſecundis Veſp. in Laud. ⁊ Horis, dicuntur a tertia Dominica poſt pentec. vſqȝ ad aduentum, ⁊ a ſecunda poſt Epipha. vſque ad Septuag. Capitula autem ferialia dñr eiſdem temporibus: ſed poſt octauam pentec. vſqȝ ad Aduentum, ⁊ ab oct. Epipha. vſque ad Dominicam primam Quadrage. Alio tempore dicuntur vt in proprio de Tempore: ſi fit de ſanctis, vt in proprio de ſanctis, cum propria adſunt: alioquin de Communi ſanctorum. Capitulum Primę ⁊ Completorij (quando Capitula dicantur) nunquam mutatur vt in pſalterio.

In Dñicis ab Aduentu vſqȝ ad octa. Epiph. ⁊ a Septuagę. vſqȝ ad dñicam tertiam poſt pente. ⁊ in omnibus feſtis regulariter Capitulum poſitum in primis Veſpe. dr̃ in Laudib. ad tertiam: ⁊ in ſecundis Veſper. quibuſdam exceptis, quę ſuis locis aſſignantur. Poſt Capitulū ſemper reſpondetur Deo gratias.

## De Oratione.

Oratio in veſp. ⁊ Laudib. dicit̃ poſt añas ad Magnificat, ⁊ Benedictus immediate: pręterquā in ferijs Aduentus, Quadrage. Quatuor temporum, ⁊ Vigiliarum, quę ieiunantur in quibus poſt añam dñr preces, excepta vigilia Natiuitatis ⁊ pentec. ⁊ in fine poſt preces. Oratio. Ad Primam ⁊ alias Horas Oratio dicitur poſt Rium breue, niſi dicendę ſint preces: tunc enim Oratio dicitur poſt preces. Ad complet. in duplicibus, ⁊ per octa. Oratio dicitur poſt antiphonaȝ, Salua nos, in alio officio dicitur poſt pręces.

Ad Primam, ⁊ Complet. nunquaȝ mutantur orationes quę habētur in pſalterio, pręterquam in triduo ante paſcha: in quo triduo ad omnes Horaȝ vſqȝ ad Nonam ſabbati ſancti incluſiue poſt pſal. Miſerere, dr̃ Oratio diei, vt ſuo loco ponitur. In alijs Horis regulariter dicitur Oratio, quę dicta eſt in primis Veſp. In Quadrageſima autem, Quatuor temporibus ⁊ Vigilijs, Oratio quę dicta eſt in Laudibus, dicitur tantum ad Tertiam, Sextam, ⁊ Nonam. In Veſp. autem ſequentib. ſi fit de feria, dicitur vel alia propria, vt in Quadrageſima, vel dñicę pręcedentis, vt in ferijs per annū. Quę Oratio pręcedentis dñicę ſemper dr̃ in feriali offō per hebdomadam, quando propria nō aſſignatur.

aſſignatur. Infra octauas dicitur oratio vt in die feſti: ſimiliter in die octaua, niſi alia propria aſſignetur.

¶ Ante Orationem ſemper dicitur verſus, Dñs vobiſcū. Rñdetur, Et cū ſpū tuo. Qui verſus non dicitur ab eo qui non eſt ſaltē in ordine Diaconat⁹, nec a Diacono pñte Sacerdote, niſi de illius licentia. Si quis aūt ad Diaconatus ordinē non peruenerit eius loco dicit. Dñe exaudi orationē meam. ℟. Et clamor meus ad te veniat. Deinde dicatur, Oremus: poſtea oratio, que ſi vnica tm̄ dicatur verſ. Dñs vobiſcū, vel Dñe exaudi, repetitur finita oratione, poſtquā fuerit rñſum, Amen. Sin autē plures Orationes dicende ſint: ante quamlibet orationē dicit Aña & Verſus: deinde dicitur Oremus: & poſt vltimā orationē repetitur, Dñs vobiſcū: poſtea dicitur, Benedicamus dño. Reſpōdetur, Deo grãs. Deinde dicitur Verſus, Fideliū anime: qui Verſus Fidelium, non dicitur poſt Benedicamus dño, ad Primā ante Precioſa &c. neqꝫ ad Cōplet. ante Benedicat, &c.

¶ Si Oratio dirigatur ad Patrem, concluditur, Per dñm: Si ad Filium, Qui viuis & regnas. Si in principio Orationis fiat mentio Filii, dicatur. Per eundem. Si in fine orationis, dicat', Qui tecum viuit & regnat. Si fiat mentio Spiritus ſancti, dicatur. In vnitate eiuſdem Spiritus ſancti &c.

¶ Cū plures Orationes dn̄r, prima tm̄ dicitur ſub ſua concluſione. Per dñm, vel aliter vt ſupra: alie non cōcludūtur niſi in vltima Oratione: ſed vnicuique Orationi ſemper preponitur, Oremus: preterquam in officio Defunctorum: in quo alio modo quam vt ſupra, Orationes dn̄r, vt in eius officio dicitur.

## De Hymno, Te Deum.

Hymnus Te Deum, dicitur in oībus feſtis per annum, ſātrium, & nouem lect. & per eorū octauas: excepto feſto ſanctorū Innocentiū: niſi venerit in dominica: & niſi fuerit eius dies oct. quia tunc dicitur. Dicitur ēt in oībus dominicis a paſcha reſurrect. incluſiue, vſqꝫ ad Aduen. excluſiue, & a Natiuitate Domini incluſiue vſqꝫ ad Septuag. excluſiue, & in omnibus ferijs temporis paſchalis. ſ. a dñica in Albis vſqꝫ ad Aſcenſ. excepta ſecunda feria, Rogationum, in qua non dicitur.

¶ Non dicitur aūt in officiis Aduen. & a Septuag. vſqꝫ ad dñicam palmarū incluſiue, neqꝫ in ferijs extra tempus paſchale.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

¶ Cum dicitur, omittitur ſemper nonum vel tertium Reſpon: & ſtatim dicitur poſt vltimam lectionem.

¶ Cum non dicitur, eius loco ponitur nonũ vel tertium Reſpõ, cum Gloria patri, in fine: & dicto Reſpõ ſtatim inchoantur Laudes. Similiter qñ dicitur, Te Deum: eo hymno dicto ſtatim inchoantur Laudes: preterquam in nocte Natalis domini: quia tunc dicitur Oratio, poſtea celebratur Miſſa, vt ſuo loco dicit.

## De Oratione dominica, & Salutatione Angelica.

ORatione dominica Pater nr̃, & Salutatio Angelicã Aue Maria, ſemper dicitur ſecreto ante oẽs Horas, preterq̃ ad Completo. quia tunc in principio dicitur tm̃ Pater noſter, poſt lectionẽ breuẽ dicto verſu, Adiutoriũ nr̃m, & in fine Pater nr̃, Aue Maria, cũ Credo, poſt orationẽ ſancte Marie. Finitis Horis dicitur ſimiliter ſecreto, Pater nr̃, tm̃, dicto verſu. Fideliũ aie, vbi hic verſus dicitur: qui verſus non dicitur quando poſt offm̃ diei dicitur officium S. Marie: ſed poſt illud, & tunc dicitur, Pater nr̃, vt ſupra. Si aũt alia Hora ſubſequatur, in fine precedentis Hore dicitur Pater noſter ſemel tantum, pro principio ſequentis Hore, addita Aue Maria.

¶ Quando oratio dominica dicenda eſt cũ precibus, ſemper clara voce profertur, Pater nr̃: & in fine. Et ne nos: reliquum dicitur ſecreto: alias nunquã profertur. Ad Laudes vero & Veſpe. qñ in feriali offõ dicuntur preces, totũ dicitur clara voce.

¶ Salutatio Angelica ſemper dicitur ante officiũ ſancte Marie, quando non dicitur cum officio domini: quia tunc ſufficiat dixiſſe in principio cum oratione dominica.

## De ſymbolo Apoſtolorum, & ſymbolo Athanaſij.

SYmbolũ Apl'orum ſemper dicitur ante Matut. & Primã: & finito Cõpletorio, poſt orationẽ Angelicã totũ ſecreto: et ſi ad Primã, & cõplet iterũ dicendũ ſit cũ precibus. Quando vero dicitur cũ precibus, ad Primã & Cõplet. clara uoce profertur, Credo in deũ, & in fine, Carnis reſurrectionẽ, reliquũ dicitur ſecreto, alias nunquam dicitur, niſi vt ſupra.

¶ Symbolũ Athanaſii dicitur ad Primã, poſt pſal. Retribue, in oibus dominicis per annũ, quãdo offm̃ fit de dominica, exceptis dominicis infra octauas Natiuit. domini. Epiph. Aſcenſ. & Corpo. Chriſti, ac dominica Reſurrect. & pentecoſtes: in quibus

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

bus dicuntur tantum tres pſalmi conſueti, vt in feſtis. In Dominicis infra alias octauas, ⁊ in Dominica Trinitatis dicitur, alias nunquam, neque ſi aliquod feſtum duplex celebretur in Dominica.

## De Precibus.

PReces ſunt aliquot verſus, qui aliquando dicuntur ante orationem, incipientes a Kyrie eleiſon.

¶ Preces Dominicales, ad Primam, ⁊ Completorium, vt in Pſalterio dicuntur tantum quandocunqꝫ officium non eſt duplex, vel infra octauas: in duplicibus autem, ⁊ infra octauas non dicuntur, etiam ſi infra octauaz fiat de Dominica, vel alio feſto ſemiduplici: quia tunc ratione octauę non dicuntur.

¶ Preces feriales ad Laudes, ⁊ Horas diſtinctę, vt in pſalterio, dicuntur tantum in ferijs Aduentus, Quadrageſimę, Quatuor Temporum, ⁊ Vigiliarum, quę ieiunantur: exceptis vigilia Natiuitatis Domini, ⁊ vigilia ⁊ Quatuor temporibus pentecoſtes: ⁊ tunc dicuntur flexis genibus. In alijs ferijs per annum a prędictis nunquam dicuntur, niſi Dominicales: ⁊ in illis non flectuntur genua.

¶ In ferijs Aduentus, Quadrageſimę, ⁊ Quatuor temporum dicuntur preces feriales ad Laudes, per Horas, ⁊ ad Veſperas: ſi non ſequatur feſtum, ad Completorium dicuntur conſuetę de Dominica: ſed flexis genibus. Dicuntur autem preces genibus ab Hebdomadario, vſqꝫ ad verſum, Dominus vobiſcum, ante orationem. A circunſtantibus autem vſque ad verſum Benedicamus domino, poſt Orationem.

¶ In vigilijs Preces feriales dicuntur tantum ad Matutinum, ⁊ per Horas. Ad veſperas vero ſequentes non dicuntur: quia vnde fit de feſto. Pſalmus, Miſerere, non dicitur cū precibus, niſi ad Veſperas: ⁊ pſal. De profundis, niſi ad Laudes: In alijs Horis prędicti pſalmi non dicuntur. In officio Defunctorum dicuntur pſalmi, qui in eorum officio ſignantur.

## De Commemorationibus Communibus, ſeu ſuffragijs Sanctorum.

COmmemorationes communes, ſeu ſuffragia de ſanctis, quę habentur in pſalterio ad Veſperas ſabbati, dicuntur in fine Veſperarum, ⁊ Laudum, ab octaua Epiphanię vſqꝫ ad

Dominicam paſſionis excluſiue, ⁊ ab octaua pentecoſtes vſq; ad Aduentum excluſiue: in Dominicis, ferijs, niſi officium ſit duplex, vel infra octauas: ⁊ illis adiungitur commemoratio de patrono, vel titulo Eccleſię ante, vel poſt commemorationem de Apoſtolis, ⁊ de Sācta Maria, pro dignitate illius: ita tamē vt ſemper vltimo loco ponatur commemoratio de pace. Et ante illas, in feriali offō fit commemoratio de Cruce, quę habetur in pſalterio, poſt Laudes ſecundę ferię.

¶ Tempore paſchali fit alia commemoratio de Cruce, vt ibi ponitur ad Laudes ferię ſecundę poſt Dominicam in Albis: ⁊ ea ſolum tunc dicitur.

¶ Si facienda ſit commemo. alicuius feſti occurrentis, commemo. feſti ſemper fit ante ipſa ſuffragia conſueta, etiam ante commemorationem de Cruce.

¶ Commemoratio de Sācta Maria non fit cum alijs, quando dicitur eius officium paruum.

## De Antiphonis B. Marię in fine officij.

Antiphonę B. Marię poſitę in fine pſalterij poſt Cōplet. ſingulę dicuntur pro temporis diuerſitate, vt ibi annotatur: pręterquam in triduo maioris Hebdo. ante paſcha.

¶ Dicuntur autem extra Chorum tantum in fine Completorij, ⁊ fine Matutini, dictis Laudib. ſi tunc terminandum ſit officium: alioquin, ſi alia ſubſequatur Hora, in fine vltimę Horę. In Choro autē ſemper dicantur quandocunque terminata aliqua Hora, diſcedendum eſt a Choro.

¶ Nunquam vero dicitur poſt aliquam horam, qū ſubſequitur cum officio diei officium Defunct. vel Litanię, pręterquā poſt Complet. in quo ſemper dicitur etiam ſi pręedicta ſubſequantur: neque etiam dicitur quando poſt aliquam Horam ſubſequitur miſſa. Dicuntur autem ſemper flexis genibus, pręterquam tempore paſchali, Hebdomadario tamen ad orationem ſurgente.

## De officio paruo B. Marię, ⁊ alijs.

De officio paruo B. Marię, de officio Defunct. de Septē Pſal. penitentialibus, ⁊ Litanijs: ⁊ de pſalmis Gradualibus, quando ⁊ quō, tam in Choro, quam extra Chorū dicenda ſint, habent ſuis locis proprię rubricę circa finem Breuiarij.

¶ Finis Rubricarum Generalium Breuiarij.

¶ Ser=

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

¶ Sermones aliqui per ſacerdotem plebibus ſuis certis diebus feſtiuis in eccleſia intra miſſarum ſolennia faciendi ad earum inſtructionem & exhortationem.

¶ In Natiuitate Domini noſtri Jeſu Chriſti. Dicto offertorio in miſſa, ſacerdos conuerſus ad populum in hunc vel ſimilem modum ipſum alloquatur.

In nomine patris, & filij, & ſpiritus ſancti. Amen.

Euangelizo vobis gaudiũ magnũ, quod erit oĩ populo: quia natus eſt vobis hodie ſaluator, qui eſt Chriſtus dñs in ciuitate Dauid. Luc̨ 2. capite. Si recte conſideremus dilectiſſimi, ex multis quidez aduertere poſſumus, & oculata fide percipere: quantum debeamus & obligati ſimus dño Deo creatori, ſaluatori, & redemptori nr̃o: preſertim aũt conſiderantes huius ſacratiſſimę diei ſolennitatẽ qua ſancta mater eccleſia ad memoriaz adducit illud ſingulare remediũ: quod Deus oĩpotens in ſalutẽ noſtrã operari dignatus eſt: quia hodierna die vnigenitum ſuum a ſe ęternaliter genitũ, conſubſtantialẽ, coomnipotentẽ, Deuz verũ humane carne de ſacratiſſima virgine ſine aliqua macula vel ſorde peccati ſpũs ſancti virtute aſſumpta tẽporaliter naſci voluit ad noſtram ſalutẽ operandam: & ad eruendũ nos de infinitis malis quibus eramus oppreſſi. Eramus enim ſerui omni libertate priuati: & ſub iugo diabolicę & crudeliſſimę captiuitatis aſtricti. Eramus vulnerati & infirmi peccatorum & ſcelerũ iaculis. Eramus demũ exules a cęleſti patria, & infernalibus clauſtris mancipati. Et ab his omnibus per hanc ſacratiſſimã natiuitatem ſumus liberati. Eramus inquã primo ſerui, & omni libertate priuati ꝓp pcm̃ primi parentis noſtri: & in nos diabolus impiã tyrannidem exercebat: nec vlla humana virtute poteramus liberari: & ideo venit ad nos dñs noſter Deus verus, homo verus, qui hodie natus ex virgine ſacratiſſima a tali nos ſeruitute liberauit. Unde Apoſtolus Paulus ad Gal. 4. capit. dicit, Miſit Deus filium ſuum factum ex muliere, factum ſub lege, vt eos q ſub lege erant redimeret ſcilicet a miſerabili ſeruitute. Et Iſa. 26. capit. Domine Deus noſter poſſederunt nos domini. ſ. diaboli abſque te propterea viſitaſti, ſupple humanũ genus, & contriuiſti eos. ſ. demones. Eramus ſecundo vulnerati, & ſauciati,



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ac infirmi vulneribus petõrum, ⁊ debilitati iaculis petõrum, ⁊
morbis malarum operationum ⁊ inclinationum: nec bonũ fa-
cere poteramus propter infirmitates noſtras. Gen. 6. cap. Sen
ſus ⁊ cogitatio humani cordis ad malũ prona ſunt ab adoleſcẽ
tia ſua. Uenit ergo de cęlo ſingularis medicus: qui vnctione
miſericordię ſuę gratia ſua nos ſanauit, ſolidauit, ⁊ roborauit
ad faciendũ bona opera: ⁊ oleo miſericordię ſuę nos peruncxit.
pſalmus. Miſit verbum ſuum ideſt filium ſuum, ⁊ ſanauit eos. ſ.
homines. Unde beatus Bernardus in ſermone de vigilia na-
tiuitatis Domini dicit. Jeſus Chriſtus filius Dei in Bethleẽ
Judę naſcitur. Uos qui in puluere eſtis expergiſcimini ⁊ lau-
date. Ecce Dominus cum ſalute venit, venit cum vnguentis,
venit cum gloria: Neq enim ſine ſalute Jeſus: neque Chriſtus
ſine vnctione: nec ſine gloria venit filius Dei. Siquidẽ ipſe ſa-
lus, ipſe vnctio, ipſe gloria. Eramus tertio exules a cęleſti pa-
tria, ⁊ paradiſi porta clauſa erat oibus hominibus propter in-
obedientiam Adę: nec vllus poterat eam introire. Uenit ergo
Dominus noſter: qui deuicta morte ianuam paradiſi omnibus
credentibus ⁊ bene operantibus patefecit, ⁊ cęleſtis regni he-
redes nos fecit. De his beatiſſimus Leo Papa in ſermone hu-
ius diei ſic inquit. Quiſquis igitur chriſtiano nomine pie, ⁊ fi-
deliter gloriaris, reconciliationis huius grãm iuſto perpende
iudicio. Tibi enim quondam abiecto, tibi extruſo a paradiſi ſe-
dibus, tibi per exilia longa morienti, tibi in cinerem ⁊ puluerẽ
diſſoluto, cui iam non erat ſpes vlla viuendi, per incarnationẽ
verbi poteſtas data eſt: vt de longinquo ad tuum reuertaris au
thorem: recognoſcas parentem: liber efficiaris ex ſeruo: de ex-
traneo proueharis in filium: vt qui ex corruptibili carne natus
es, ex Dei ſpiritu renaſcaris: ⁊ obtineas per gratiam quod non
habes per naturam. Hęc tria chariſſimi propoſita verba bre-
uiter continent: quia natus eſt nobis ſaluator: qui nos ab ini-
micis liberauit: quia natus eſt Chriſtus, qui vnctione miſeri-
cordię ſuę nos a peccatis ſanauit: interpretatur enim Chriſtus
vnctus: quia natus eſt nobis Dominus. ſ. vniuerſorum, qui de-
dit nobis gloriam ſuam per ęternam beatitudinem. Jdeo ſuſci
pere debemus gaudium magnum: quod nobis Angelus euan-
gelizauit, ſicut dicit ſanctus Leo Papa: Saluator nr̃ dilectiſ-

ſimi

ſimꝰ hodie natus eſt, gaudeamus. Neq; enim locum fas eſt eſ-
ſe triſtitię, vbi natalis eſt vitę: quę conſumpto natiuitatis timo
re ingerit nobis de promiſſa ęternitate lętitiam. Nemo ab hu-
ius alacritatis participatione ſecernitur: vna cunctis lętitię cō
munis eſt ratio. Hoc aūt gaudium erit perfectum, ſi non in va-
nitate ꝛ mundanis, ſed in domino gaudebimus: ipſum laudan
tes; ꝛ has celebritates cum deuota meditatione tanti beneficij
recolentes, iuxta doctrinā prefati ſanctiſſimi pontificis, qui in
ſermone huius diei ſic dicit. Agnoſce o Chriſtiane dignitatem
tuam, ꝛ diuinę conſors factus naturę, noli in veterem vilitatē
degeneri conuerſatione redire. Memento cuius capitis ꝛ cu-
ius ſis corporis membrum. Reminiſcere: quia erutus de pote-
ſtate tenebrarum tranſlatus es in Dei lumen, ꝛ regnum per
baptiſmatis ſacramentum. Spiritus ſancti factus es templum.
Noli tantum habitatorem prauis de te actibus effugare, ꝛ dia-
boli te iterum ſeruituti ſubijcere: quia precium tuum ſanguis
Chriſti eſt: qui veritate te iudicabit: qui miſericordia te redemit.
Qui cum patre ꝛ ſpiritu ſancto nobis hic gratiam ſuam conce-
dat: ꝛ in futuro ęternam gloriam. Amen.

¶ In feſto Epiphanię cantato Euangelio Diaconus prenun
ciat futurum paſcha ſolenniter cantando prout ſupra.
Et poſtea in vernacula vel vulgari lingua ipſum paſcha, ꝛ alia
feſta mobilia declarat ꝛ pronūciat mō infraſcripto, vel ſili: vez.

Chariſſimi ſuperioribus diebus celebrauimus glorio
ſiſſimam ſolennitatem natiuitatis Domini cum gau
dio ꝛ lętitia ſpirituali: nūc autem, quia inſtant ſolē-
nia, in quibus dominus Deus ſaluator noſter no-
ſtram eſt operatus ſalutem: ad quę nos debemus diligenter
preparare. Ideo ſancta mater eccleſia catholica ſtatuit ꝛ ordi-
nauit, ꝙ hodierna die talia feſta pręnunciarentur: quia nō ſem
per eiſdem diebus contingunt: ſed omni anno variantur: ꝛ hoc
fit vt ſolennitas paſchę ſemper in die dominico celebretur. Et
quia ad feſtum paſchę quędam ſunt ſolennitates quę prece-
dunt ipſum, ꝛ quędam quę ſequuntur: ideo eas omnes vobis
integraliter pronunciabimus, vt eas ſeruare ꝛ celebrare valea
tis ſecundum rationem: qua a ſanctis patribus fuerunt inſti-
tutę. In primis die tali N. talis menſis erit Dominica in Se-

ptuageſima, in qua eccleſia commemorat tempus pręuarica=
tionis Adę, ꝛ cantica lętitię interdicit, ſcilicet Alleluia. Subſe=
quenter xviii. die poſt Septuageſimam erit dies cinerum, ſiue
caput ieiunij, ſiue prima dies Quadrageſimę, quę erit hoc an=
no die N. menſis N. in quo debetis conſiderare fragilitatem
veſtram: ꝛ ex humilitate ſuſcipere cineres ſuper capita veſtra:
ꝛ qui poſſunt debent omni die, exceptis dominicis, ieiunare vſ=
que ad ſcūm paſcha. Quo tpe debetis vos diſponere ad bonum:
odia relinquere, mala ablata reſtituere, eleemoſynas plus ſoli=
to facere: eccl'as, pdicationes, ꝛ indulgentias libenter viſitare,
audire ꝛ inquirere. Et vt ſitis magis capaces: ꝛ vt meritorie ta=
lia bona facere poſſitis in principio Quadrag. oīa pctā vr̄a ↄfi=
teamini integralr. Subſequēter die tali N. menſis N. erit feſtū
paſcha: qđ dn̄s ſua gr̄a vos lętanter ꝛ cū pura ↄſcia celebrare,
ꝛ ſacratiſſimū ſacr̄m digne ſuſcipere cōcedat. Poſt trigeſimūſe=
xtū dié a paſcha. ſ. trigeſimoſeptimo, ſunt dies Rogationum, in
quibus fiunt pceſſiones gn̄ales pro ira Dei placanda: ꝛ p con=
ſeruatione frugū: ꝛ hoc anno incipient die N. menſis N. Qua=
drageſimo die a paſchate eſt feſtum Aſcenſionis: quod erit die
N. menſis N. Et poſt dies decem erit feſtum Pentecoſtes: in
quo dominus miſit ſpiritum ſanctū in Apoſtolos: quod erit die
N. menſis N. Ad quod debetis vos humiliter pręparare: vt gra
tiam ſancti ſpiritus recipere poſſitis. Sequenti dominica erit
feſtū ſanctiſſimę Trinit. Et fer. v. ideſt die iouis ſequenti erit fe=
ſtū ſacratiſſimi Corpus Chr̄i: qđ erit die N. menſis N. Demū ite=
rū aduentus dn̄i. i. prima dn̄ica Aduent. Dn̄i erit die N. menſis
N. Hęc ſunt chariſſimi tpa, ꝛ hi dies: in quibus feſta huius anni
concedente domino celebrantur. Et licet tranſeant omnia quę
temporaliter feſtiuę celebrant: curare tamen debemus ita eas
celebrare: vt in earum celebratione apud Deum aliquid adipi=
ſcamur. Curate ergo vos qui huiuſmodi ſolennitatibus inter=
eſtis: ne ab ęterna ſolēnitate ſeparemini. Quid enim vobis pro=
derit intereſſe feſtis hominum, ſi contingat deeſſe feſtis ange=
lorum? Pręſtet concedatq; vobis dominus tales celebritates
ſancte ꝛ pure celebrare: vt ad perpetuas celebritates peruení=
re valeatis. Pręſtante domino Ieſu Chriſto: qui hic gratiam
tuam, ꝛ in futuro gloriā nobis ſua benignitate concedat. Amē.

℄ In die ſancto Paſche ſacerdos in miſſa poſt offertorium conuerſus ad populum poterit ita eum alloqui: vel alter vt placuerit ei.

HAec dies quam fecit dñs: exultemus ⁊ letemur in ea. p̄s 117. Hodie dilectiſſimi eſt feſtuȝ Paſche.ſ. Reſurrectionis dñi noſtri Jeſu Chri. Paſcha.n. trãſitus dr: ⁊ dñs nr̄ Jeſus Chrs tranſiuit de morte ad vitã glorioſam, ⁊ ſempiternã. Et licet feſta alia.ſ. Annunciationis, Natiuitatis, ⁊ paſſiones dñi, qꝛ in his recepimus maxima beneficia: qꝛ in primo incarnatus eſt, in ſecundo manifeſtatꝰ, in tertio nos ſuo p̄cioſo ſanguine redemit, ſint ſumme veneranda: in feſto tñ Reſurr. magis tenemur Deo grãs agere: quia in eo habuimus certã ſecuritatẽ vite eterne. Et ꝓpea debemus gaudere, ⁊ letari in ea: qꝛ hec dies quaȝ fecit dñs ſecuritatis ⁊ certitudinis ſalutis nr̄e. Eſt aũt multiplex rõ, quare debemus in hac die exultare ⁊ letari. Prima qꝛ nos ſatiauit hodie ſuo ſacratiſſimo corpore ⁊ ſanguine: qꝛ famelicus valde gaudet bona comeſtione. Quaȝ p̄cioſa aũt ſit comeſtio quã hodie ſumpſimus, ex hoc apparet: qꝛ precioſiſſimum corpus, ⁊ aĩa, ⁊ diuinitas dñi nr̄i Jeſu Chriſti: in qua ſignificatur ſtatus beatitudinis: in qua dabit ſeipſum inſeparabiliter ⁊ inamiſſibiliter, ⁊ immediate viſibiliter. O quale donũ, vbi Deus dat ſeipſum: in quo eſt oẽ qd̄ deſiderari põt: ⁊ nunquaȝ recipiens digne poterit eſſe pauper. O quã vere pauper eſt, qui tali cibo non eſt cibatus: qꝛ non ſuſcipit vitaȝ grẽ, que in tali ſacr̄o eſt. Scd̄o debemus gaudere: quia de inferno nos liberauit: qui deſcendens ad infernuȝ ɔtriuit portas ereas, ⁊ vectes ferreos cõfregit. p̄s 106. Porte eree inferni ſunt cupiditates ⁊ vitioſe cõſuetudines hoĩuȝ, que non ſinunt clauſos in eis exire. Sed Chrs tanq̃ alter Sanſon apprehendit ambas fores.i. cupiditates, ⁊ malas ɔſuetudines: ⁊ eas ſuper ſe tulit, eas ſua paſſione delendo: ⁊ ipſe aſcendit montẽ.ſ. celũ empyreũ. Judi. 16. Tertio debemus gaudere ꝓp Reſurrectionem ſuã: qꝛ in ipſa dedit nobis certitudinẽ cognitionis. Nã multũ gaudet qui deſideratũ videt. Ante reſurrectioneȝ Chrs erat abſconditus quo ad diuinitatẽ ſub velo humanitatis: ideo nõ poterat cognoſci: ſed hoc die apparuit eius diuinitas in reſurrectione glorioſa. Jo. 12. cap. Hoc non cognouerũt diſcipuli eius primũ:

ſed

ſed qñ glorificatus eſt Jeſus recordati ſunt, qꝛ hec ſcripta erant
de illo. Quarto debemus gaudere ꝛ letari in eius reſurrectio-
ne: qꝛ per eã ianuam celi nobis aperuit: ꝛ ſibi ꝛ ſanctis angelis
ſociauit. Multũ aũt gaudere debẽt: qui ad ſocietatẽ principium
deducunt. Non ſolũ aũt ianuã celi aperuit: ſed ẽt, quatuor doti-
bus inſignibus corpus noſtrũ dotabit. ſ. ſubtilitatis, claritatis,
impaſſibilitatis, ꝛ immortalitatis: quas oẽs eius corpus poſt re
ſurrectionẽ habuit: quas dotes ẽt nos habebimus: ſi eius man-
data ſeruauerimꝰ: qꝛ tales vult apud ſe hĩe, ꝛ glorificarẽ. Hec
oĩa a ſcis Doctoribus clariſſime declarant, q̃ breuitatis cauſa
pertranſeo. Igit hodierna die debemus exultare ꝛ letari: quia
dñs eã fecit. Et notanduꝫ ꝙ dñs hac die ſue reſurrectionis ap-
paruit decẽ generibus perſonarũ, que figurant perſonas, que
digne erunt eterna glorificatione. Primo penitẽtibus. ſ. Ma-
rie Magdalene peccatrici, ſed penitẽti. Iſta apparitio fuit fi-
gurata in manna. Exo. 16. cap. Ubi dꝛ ꝙ apparuit manna in ſo-
litudine minutũ, ꝛ quaſi pilo tuſum in ſimilitudinẽ pluuie ſuper
terrã. i. manna diuine grẽ apparuit penitenti minuto in contri-
tione, ꝛ tuſo in ꝯfeſſione: quaſi pluuia in ſatiſfactione. Secũdo
feruentibus. ſ. tribus Marijs: vnde venerabilis Beda: Conſu-
lens imbecillitati querentiũ, primo venientibus ad monumen-
tũ feminis ſuo amore feruentibus, ꝛ curioſius inquirentibus
angelorũ viſionẽ oñdit: ꝛ tandẽ ipſe dñs virtutũ eis apparens
quanta potentia mortẽ quã ad horã guſtauerat deuiciſſet, ape-
ruit. Significat ꝙ feruentes in bonis operibus Chrm merent.
Sap. 5. cap. Sapientia, ideſt Chrs eterna Dei ſapientia inueni-
tur ab his qui querũt eũ. ſ. cum feruore: ſicut fecerunt iſte ſancte
mulieres. Tertio amare flentibus: ꝛ hoc figurat in Petro, cui
dñs apparuit. Luc. 23. Surrexit dñs ꝛ apparuit Simoni, ideſt
Petro, qui amare fleuit pctm̃ ſuum. Et de ipſo ſcribitur. Hiere.
31. In charitate perpetua dilexi te: ideo attraxi te miſerãs rur-
ſumqꝫ edificabo te. i. dñs apparet flẽtibus peccata, ꝛ reedificat
ad vitã grẽ. Quarto apparuit charitateꝫ hñtibus: ꝛ hoc ſignifi-
catur in duobus diſcipulis euntibus in Emaus, qui charitati-
ue inuitauerunt immo coegerunt eũ, vt ſecũ hoſpitaret. Quin-
to his qui ſunt clauſi ſenſibus corporis: ꝛ mentẽ eleuant ad cõ-
templationẽ, ꝛ hoc figuratur in Aplis, qui erant clauſi abſente



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Thome. Sexto veraȝ fidē habentibus: quod ſignatum fuit in apoſtolis, qui ſimul cū Thoma erant ꝯgregati: ⁊ Thomas euȝ verum deum ⁊ verum hoiem eſt confeſſus. Septimo predicatoribus ⁊ doctoribus, quod figuratum eſt: qñ diſcipulis ad mare Tyberiadis piſcantibus apparuit, ⁊ eos piſcari docuit .i. doctores ⁊ predicatores ſemper inſtruit. Octauo his qui tranſeunt a culpa ad grām: quod figuratur in apparitione facta diſcipulis in Galilea: que tranſmigratio interpretatur. Nono his qui digne ſumunt ſacrm̄ euchariſtie, quod figuratur quando apoſtolis recumbentibus in cenaculo dn̄s apparuit. Decimo, habentibus miſericordiam proximo, ⁊ tribulatis ex compaſſione mentis: quod figuratur qñ apparuit diſcipulis, qui triſtis erant de ſuo receſſu: ⁊ duxit eos in montem Oliueti: ⁊ benedixit eis: ⁊ in celum aſcendit. Conemini igitur chariſſimi habere has proprietates: vt digni ſitis ꝙ Chriſtus vobis per gratiam ſpiritualiter appareat. Unde beatus Auguſtin. in ſermone de hac die dicit. Peccator de indulgentia deſperare non debet: Si in latro paradiſum meruit: cur nō mereatur veniam chriſtianus: Et ſi illi dominus dum crucifigitur miſeretur: multo magis huic miſerebitur dum reſurgit. Nam ſi paſſionis humilitas Deum preſtitit confitenti: ⁊ reſurrectionis gloria quantum tribuet deprecanti? Igitur cum beato Propheta ⁊ rege Dauid: cum hec ſit dies quam fecit dominus, exultemus ⁊ letemur in ea. Ut ad veram reſurrectionem nos perducat Jeſus Chriſtus dominus noſter per gratiam, ⁊ in futuro per gloriam. Amen.

## In celebratione nuptiarum ſermo.

Honorabile connubium in oībus thorus immaculatus: fornicatores enim ⁊ adulteros iudicabit Deus. Apoſt. Paulus ad Heb. 12. concedente domino celebraturi ſacramentuȝ matrimonij inter iſtas perſonas, Chariſſimi, pro aliquali breui veſtrū conſolatione aliquot verba duxi charitatibus veſtris ad hoc propoſitum inducere, ⁊ pro oium informatione. Unde ſcire debetis, ꝙ fuerunt quidaȝ heretici peſſimi, qui Tatiani ⁊ Martiani dicti ſunt: qui omnino damnabant ſacrm̄ matrimonij: illud fornicarijs ⁊ raptoribus comparantes. Uerum eccleſia catholica hoc errore damnato nuptias legitime factas approbauit: vt habetur diſt. 33. ca.

Si qua mulier. ⁊c. Siquis propter Deum. ⁊ c. ſiquis vel virgi-
nitatem. de ſum. Trin. ⁊ fi. catho. Non ſolum virgines ⁊ conti-
nentes ⁊ viduę, ſed etiam coniugati per rectam fidem ⁊ opera-
tionem Deo placentes ad ęternam merentur beatitudinem
peruenire. Ad quod propoſitum etiam loquuntur verba Apo-
ſtoli Pauli per me aſſumpta, honorabile connubium in omni-
bus thorus immaculatus ⁊c. Quod quidem honorabile red-
ditur ex tribus pręſertim. Ex diuina inſtitutione. Ex laudabili
conuerſatione. Ex prolis eductione. Primo dico ꝙ deus ma-
trimonium inſtituit in triplici lege. ſ. Naturę, Scripturę, ⁊ gra
tię. In lege quidem naturę fuit inſtitutum matrimonium in
paradiſo ante peccatum in officium. Gen. 3. vt ſine ardore cõ
ciperent, ⁊ ſine dolore parerent. Hoc nunc os ex oſſibus meis,
⁊ caro de carne mea. Propter hoc relinquet homo patrem
ſuum, ⁊ matrem ſuam, ⁊ adherebit [illegible] ruorum. [illegible] erunt duo in car
ne vna. Fuit etiam inſtitu[illegible] matrimonij. Tertio eſt bono[illegible]ium: ad
euitandum illicitos moti[illegible]atione. De hoc dicit Dauid [illegible]
⁊ replete terram. Prima [illegible] iuarum. ſ. pulchri moribus ſemper li-
caretur: Secunda vt nat[illegible] ſi in tribulationibus ⁊ tentationib᷒
vt dicit Magiſter in 4. ſent. [illegible]rationibus. Equidem hęc [illegible]
in lege ſcripta. ſ. Moyſi. vbi deus pręc[illegible]entum [illegible] ne contra-
herent matrimonia cum infidelibus, ſed cum illis de domo ſua.
30. q. 2. cap. Cum igitur. §. Hac itaque conſuetudine. Inſtitutum
eſt etiam in lege Chriſti, ideſt gratię. Matth. 19. Quos Deus
coniunxit homo non ſeparet. Unde ex deſponſata naſci voluit,
⁊ nuptijs voluit intereſſe. Jan. 2. capi. vt matrimonium confir-
maret. Hinc eſt, ꝙ omnes pene ſancti patres veteris teſtamen
ti habuerunt vxores. ſ. Adam, Enoch. Noe, Abraham, Iſaac,
Jacob, Joſeph, Moyſes, Aaron, Dauid rex ⁊ propheta, Job,
Tobias, Ezechias rex: Joſias: ⁊ hi omnes fuerunt maximi a-
mici Dei: qui ex matrimonio placuerunt. Non ſolum iſti, ſed
multi alij patres fuerunt vxorati᷒ qui diuinam inſtitutionem
ſeruantes coniugati fuerunt. Secundo honorabile eſt matri-
monium ex laudabili conuerſatione, quam habere debent con-
iuges inter ſe: ⁊ hoc apparet in ſex regulis, quę ſignantur per
ſex hydrias poſitas ĩ nuptijs: quibus Chriſtus interfuit in Cha
na Galilęę, quas habere debent coniuges: ſi volunt laudabi-

 liter

liter viuere. Prima eſt q vir oꝫ diligere vxorē, ⁊ vxor viruꝫ non
amore ribaldorum, ſed virtuoſorum. Ad Ephe. 5. Viri diligite
vxores veſtras ſicut Chriſtus dilexit Eccleſiam. Chriſtus auteꝫ
dilexit eccleſiam vero amore, ⁊ animam ſuam poſuit pro ea.
Vir autem qui vxorem ſuam diligit, ſeipſum diligit, vt dicitur
ad Epheſ. 5. Iſte amor debet habere quatuor. ſ. maioritatem,
perpetuitatem, præcordialitatem, ⁊ ſingularitatem: quę figu-
rantur per annulum, qui ſignificat coniunctionem viri ⁊ mu-
lieris. Nam annulus debet eſſe aureus: quoniam ille amor ex-
cedit omnes amores ſicut aurum metalla. Secundo annulus
eſt rotundus, quia amor ille nunquam debet finiri niſi per mor-
tem. Tertio in digito quarto ponitur ex quo vena procedit ad
cor. Quarto eſt vnus ⁊ non duo: quia coniugium ſanctum ⁊ im-
maculatum non admittit alium virum, nec aliam vxorem. Se-
cunda regula eſt … ripere vxorem ſuam, ⁊ mulier
debet tim… pareat. Unde beatus … 5. Si non ambulauerit ad
manu… Peccator de indulgentia dei … ctu inimicorum tuorum.
S… paradiſum meruit: cur nō merea… quędam ſunt probatę, ⁊
… ſi illi dominus dum crucifigitur … la tales delectant virum.
Et… miſerebitur duꝫ reſurgit. Nam … t virum ſuum. Alię ſuſpectę:
⁊ iſtę ſunt … confitenti … rebus, ⁊ ſub manu viri tenendę: aliter
magnum periculum eſt. Quędam ſunt medię: quia adhuc non
bene probatę: ⁊ iſtę nec nimis arctādę, nec nimis laxādę ſunt.
Eſt autem vxor corripienda tribus modis. Primo, ſecundum
timorem Dei. Secundo, ſecundum confuſionem mundi per
opprobria. Tertio, baculo: vt dicit Chryſoſtomus ſuper Mat-
theum. Tertia regula, vir debet honorare vxorem ſuam, ⁊ ipſa
virum ſuum reuereri. 1. Pet. 3. Infirmiori vaſculo honorem im-
pertientes. Tenetur enim vir magis honorare vxorem, quam
vxor virum: exemplum de phiala ⁊ mortario: ⁊ vxor debet re-
uereri virum verbis: ⁊ opere: exemplo Sarę, quę virum ſuum
dominum appellabat. Quarta regula eſt, q vir debet cōuerſa-
ri ⁊ cohabitare vxori: nec ipſa debet a viro ſuo diſcedere. Nam
talis ſeparatio eſt cauſa multorum malorum. Unde nec pro-
pter infirmitatem, nec propter quamcunqꝫ aliam cauſam vir
debet dimittere vxorem, nec vxor virum, excepta cauſa fornica-
tionis. Matth. 5. Omnis qui reliquerit vxorem ſuam, excepta

cauſa fornicationis, facit eam mechari. Eſt Apoſtol. 1. ad Cor. 7. Precipio non ego, ſed dñs, ꝙ vxor nõ diſcedat a viro. Quinta regula eſt. vir debet vxorem ſuam gubernare, ⁊ ipſa virum ſuum iuuare. Nã tenetur eam alere, ⁊ veſtire, ⁊c. Cõtra illos qui comedunt oĩa que hñt in tabernis: ⁊ vxor remanet domi ſiccis dentibus: ⁊ etiã vxor debet iuuare virum iuxta illud Gen. 2. Faciamus ei adiutorium ſimile ſibi. Sexta regula, vir debet reddere debitum vxori, ⁊ vxor viro. 1. Cor. 7. Uxori vir debitũ reddat: ſimiliter aũt viro mulier. Uxor.n. non habet ptãtem ſui corporis, ſed vir: ſimiliter vir non habet ptãtem ſui corporis, ſed mulier. Nolite fraudari adinuicem, niſi ex ꝯſenſu ad tps, vt vacetis orationi: ⁊ iterum reuertimini in idipſum: ne forte tentet vos ſatanas pp incontinentiam vrãm. Debent aũt abſtinere a coitu coniuges tpe cõtionis, feſtiuitatum, ieiuniorum, ꝯceptus, ⁊ ablactationis pueri: ⁊ tpe menſtruorum. Iſte ſunt ſex hydrie poſite ad purificationez matrimonij. Tertio eſt honorabile matrimonium ex prolis educatione. De hoc dicit Dauid pſ. 127. Filij tui ſicut nouelle oliuarum. ſ. pulchri moribus ſemper virides virtutibus, victorioſi in tribulationibus ⁊ tentationibꝰ: oleum producentes in miſerationibus. Equidem hře bonos filios ⁊ bonas filias non eſt in ptãte parentum, ſed dei miſerentis. Legimus.n. multos ſanctos patres filios peſſimos habuiſſe: ſicut Abrahã, Iſmael, Iſaac, Eſau. Iacob filios, qui Ioſeph frẽm vendiderunt Ezechias rex Manaſſem: ⁊ cõtra mali pr̃es habuerunt bonos filios, ſicut Amon Ioſiam. Debent tñ pater ⁊ mr̃ ſicut nutriunt corpus filij: ita ẽt aĩam inſtruere per bonã doctrinam. Et qñ quis vxorem accipit: ſm Chryſoſt. debet inueſtigare vitam parentum eius: quia vt plurimuz filij moribus aſſimilantur parentibus. Et ſepius mediatores nuptiarũ multa mendacia dicunt. ſ. ꝙ peſſima iuuencula dicetur bona, ⁊ luſor, ⁊ ebrioſus dicetur modeſtus: ⁊ hoc eſt magnuz pctm̃. Ideo parẽtes debent filios ſuos, ⁊ filias admonere vt ſint puri in exteriori conuerſatione, remouendo eos ab inhoneſtis, ⁊ aſſuefacientes eos laboribus ⁊ literis: ab eis ſocietates malas amouẽdo: ad eccleſiam ſepe eos ducentes tam filios quam filias, contra illos qui filias domi relinquunt ſolas ⁊c. ſepe eos, cum vacat, in ſocietatem ducere debẽt, ⁊ vt optimi ſint curare tenentur.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

tur. Iſtis igitur modis honorabile erit connubium, ⁊ thorus immaculatus. Et ſic faciendo ⁊ hic habebitis gratiam, ⁊ in futuro gloriam. Ad quam nos perducat Jeſus Chriſtus dominus noſter, qui cum patre ⁊ ſpiritu ſancto viuit ⁊ regnat per omnia ſecula ſeculorum Amen.

¶ In electione alicuius pręlati. ſ. Plebani, Archipresbyteri vel Rectoris alicuius eccleſię, Sermo.

¶ Sacerdos maior illius eccleſię, vel alius cui id commiſſum fuerit, congregatis electoribus pro electione, poterit infraſcripta vel ſimilia verba pro futurę electionis celebratione exhortatorię ipſis facere.

NEc quiſquam ſibi ſumat honorem, ſed qui vocatus eſt a domino tanquam Aaron. Heb. v. cap. Celebraturi electionem futuri Plebani, domini obſeruandiſſimi, non incongrue verbum pręfatum aſſumpſi: quo clare ⁊ euidenter Apoſtolus Paulus qualem pręlatum debeatis eligere vobis inſinuat, videlicet, talez qui huiuſmodi honorem ambitioſe non quęrat, qui ſecundum voluntatez Dei ſit, ⁊ qui ornatus virtutibus tanquam Aaron exiſtat. Non enim huc conueniſtis vt terrenum ⁊ corporis vobis eligatis pręfectum: ſed vt paſtorem animarum veſtraruz, mediatorem inter vos ⁊ Deum: qui vos Deo omnipotenti reddat gratos ⁊ acceptos: qui animarum veſtrarum ſaluti intentus ſit, diligens vitiorum correptor, ⁊ virtutum plantator in vobis exiſtat. Qui doctrina, exemplis, opere ⁊ charitate, ad ęternam vos ſalutez perducat. Cum igitur ſpiritualem patrem eligere ⁊ animaruz veſtrarum curatorem creare debeatis: tanto magis debetis eniti ad talez electionem: quanto maior ⁊ potior anima corpore exiſtit. Hoc autem facietis: ſi ea quę vobis beatus Apoſtolus proponit, ſeruaueritis, videlicet ꝙ eligatis non eum qui arroganter ſibi hanc plebem vſurpare conatur, ſed virum a Deo vocatum ⁊ virtuoſum: prout dicebat thema aſſumptum. Neq; quiſquam ſibi ſumat honorem: ſed qui vocatus eſt a Deo tanquam alter Aaron. In quibus verbis tria facit Apoſtolus. Primo ambitioſum excludit. Secundo canonicam inſtitutionem inducit. Tertio dignam executionem exprimit. ¶ Primo ergo ambitioſum excludit. Sunt enim qui appetunt alijs pręponi:

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

pòni: non vt eis proſint: ſed vel vt alijs ſint ſuperiores, vel pro-
pter diuitias, vel propter proprias commoditates. Nos tales
excludit Deus. ps. lxxiiij. Peccatorum conſtringam cornua. ſ.
ambitionis, ⁊ exultabunt cornua iuſti: ⁊ Amos. 6. cap. Nunquid
in fortitudine noſtra aſſumpſimus nobis cornua? Et ſanctus
Leo Papa, vt habetur. i. q. 1. capi. principatus. ſic ait. Principa-
tus quem metus extorſit, aut ambitus occupauit, etiam ſi mo-
ribus vel actibus ſuis non offendat, ipſius tamen initij ſui exem-
plo eſt pernicioſus: ⁊ difficile eſt vt bono peragantur exitu, que
malo ſunt inchoata principio. Et beatus Auguſtinus, vt habe
tur. 8. q. 1. capit. Qui epiſcopatum. Locus ſuperior, ſine quo regi
populus non poteſt: etſi tenetur ⁊ adminiſtretur vt decet: ta-
men indecenter appetitur. Propterea ſancti cum eligebantur
a populis ad prelaturas, fugiebant, renuebant, ⁊ acceptare re-
cuſabant. Exemplū habemus de ſancto ſanctorū Chriſto dn̄o,
qui ſciēs q populus eum volebat facere regē, aufugit, Ioan. 7.
⁊ ſācti Gregorius, Ambroſius, Auguſtinus, ⁊ multi alij electio-
nem de ſe factā niſi coacti recipere noluerūt: vt oſtēderēt nomi-
nē p ambitionē ad prelaturā aſſumendū. Cū igitur intelligatis
incōueniētiā ambitionis in prelatis, ſtudeatis talē eligere, qui
hoc vitio careat: vt ipſe ⁊ ſue ⁊ veſtre ſaluti conſulere poſſit: ⁊
ſit vt ſeruus fidelis: qui domini ſui gregem humiliter paſcat,
⁊ non vt dominus cleri ⁊ populi: qui omnes velit deſpicere, ⁊ ſe-
ipſum extollere. Unde paſtor eccleſie Beatus Petrus Apoſto-
lus veros prelatos admonet dicens: Paſcite qui in vobis eſt
gregem Dei: prouidentes non coacte: ſed ſpontanee ſecundum
Deum: neque turpis lucri gratia: ſed voluntarie: neque vt do-
minantes, in cleris, ſed forma facti gregis ex animo. Et cum ap-
paruerit Princeps paſtorum, percipietis immarceſcibilem glo
rie coronam. ¶ Secundo canonicam inſtitutionem inducit:
qa a Deo vocatus. Dicit. n. a Deo vocari, q per canonicas inſti
tutiones Dei eccl'e inſtituitur. Nam de malis rectoribus Deus
dicit. i. Reg. Ferunt ſibi regē ⁊ nō p me, principē, ⁊ nō p conſi-
liū meum. Sup quo verbo Beatus Hieronymus, vt habet. 1. q.
in ca. Audacter. Audacter fortaſſe aliquid dicimus, tn̄ qḋ ſcriptū
eſt dicimus. Non ſemper princeps populo ⁊ iudex eccleſie per
Dei arbitriū dat, ſed put merita noſtra depoſcūt. Si mali ſunt
actus

actus noſtri, ⁊ operemur maligna in conſpectu domini, nobis dantur principes ſecundum cor noſtrum. Et hoc tibi de ſcripturis probabo. Audi nanque quid dñs dicat. Fecerunt ſibi regem, ⁊ non per me. Et hoc dictum vẽ de Saule illo, quẽ vtique ipſe dominꝰ elegerat; ⁊ regem ſibi fieri iuſſerat. Sed qñ non ſm dei voluntatem, ſed ſm meritum pctõris populi fuerat electus, negatur eum ſua voluntate ⁊ ꝯſilio cõſtitutum. Tale ergo aliquid intelligamus in eccleſijs fieri, ꝙ pro meritis aut in verbo aut in opere potens tribuitur rector eccleſię: aut ſi malignũ faciat populus in conſpectu dñi, ⁊ tales perſeuerent, talis eccleſię iudex datur, ſub quo famem ⁊ ſitim populus patiatur, non famem panis, nec ſitim aquę, ſed famẽ audiendi verbi dei. Qualis autẽ eligendus ſit prę latus. Idem Hiero. 8. q. 1. c. Licet ſic dicit. Requiritur ergo in ordinãdo ſacerdote populi pñtia, vt ſciant oẽs, ⁊ certi ſint, ꝙ qui prę ſtantior eſt ex oi populo, qui doctior, qui ſanctior, qui in omni virtute eminentior ille eligitur ad ſacerdotium. Non igitur eligendus eſt Plebanus pp preces parẽtum, amicorũ, ⁊ (quod turpe eſt dictum) infamium perſonarum: ſed pro Dei reuerentia talis eligendus, eſt qui poſſit populo prodeſſe, cuius vita probata ſit ⁊ laudata, ⁊ omnibus eius probitas manifeſta. ¶ Tertio videre debemus in ſacerdote eligẽdo digniam executionẽ. ſ. ꝙ exequatur digne opus Dei: ⁊ hoc ibi, tanquam Aaron. Aaron. n. quadruplici ſigno in virga oſtenſus eſt vocatus a dño: per quatuor illa ſpũaliter habita vẽ quis vocatus eſſe a Deo in prę latura. ¶ Primuz fuit in virga germinatio, ⁊ intelligitur delinquẽtiũ correctio, quę debet eſſe in prę lato. Eſa. 11. Egredietur virga de radice Ieſſe, quod interpretatur zelus. Unde Auguſt. 24. q. 3. Corripiantur a prę poſitis ſubditi, correptionibus de charitate venientibus, pro culparum varietate diuerſis, vel minoribus, vel amplioribus. ⁊ infra: paſtoris officium eſt, cum neceſſitas habet, ne per plures ſerpant dira ꝯtagia, ſeparare ob ouibus ſanis morbidã, ab illo cui nil eſt impoſſibile ipſa forſan ſeparatione ſanandã. ¶ Secunduz qð fuit in virga Aarõ eſt, ꝙ poſtmodum floruit, in quo ſignificatur honeſta conuerſatio. Eccle. 24. Flores mei fructus honoris ⁊ honeſtatis. Unde beatus Hiero. 8. queſtio. 1. dicit qualis erit ędificatio diſcipuli, ſi intelligat ſe magiſtro eſſe maiorem: Unde nõ

ſolum

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ſolum epi, preſbyteri, ⁊ diacones debent magnopere prouide-
re, vt cunctũ populũ cui pręſident ↄuerſatione ⁊ ſermone pręe-
eant: verum etiam inferior gradus, vt exorciſtę ⁊ cęteri omnes
omnino qui domui Dei deſeruiunt: quia valde Dei eccleſiam
deſtruit, laicos meliores eſſe quam clericos. ¶ Tertium eſt ꝙ
virga Aaron fronduit: in quo ſignificatur verbi prędicatio. ps
1. ⁊ folium eius non defluet. Unde diſtin. 44. §. 1. dicitur ꝙ inno-
cens abſque ſermone conuerſatio, quantum ędificat eccleſiam
in exemplo, tanto nocet ſilentio, ⁊ beatus Aug. in c. Sit rector.
Ibidem idem habetur: ⁊ ſunt verba Gregorii. ¶ Quartum eſt
quod in virga amygdalas produxit: in quo notatur compaſſio.
Theſſ. 5. c. Suſcipite infirmos: ⁊ Leo Papa diſtin. 86. Odio ha-
beantur peccata, non homines: corrigantur tumidi: tolerẽtur
infirmi. ⁊ 6. q. 1. Clemens. Si tanquam omnibus pẽſſe volueris
ſingulos prout poteris iuua: ⁊ ſingulos releua: qui ⁊ ſingulo-
rũ onus ac ſolicitudinem portas. Ea propter domini mei ob-
ſecro vos: vt his ⁊ aliis quę adduci poſſent conſideratis: talem
eligatis huic eccleſię in paſtorem, qui vobis ⁊ ſi poſſit prodeſ-
ſe ⁊ non obeſſe. Unde audiatis beatiſſimum Leonem Papam
dicentem: ⁊ habetur 61. diſt. c. Miramur. Miramur apud vos
tantum aut occaſionem temporis impacati, aut ambientium
pręſumptionem, aut tumultum valuiſſe popularem, ꝙ indignis
quibuſque ⁊ longe extra meritum ſacerdotale conſtitutis paſto-
rale faſtigium ⁊ gubernatio eccleſię committeretur. Non eſt
enim hoc populo conſulere, ſed nocere: non pręſtare regimen,
ſed adiuuare diſcrimen. Integritas enim pręſidentium ſalus
eſt ſubditorum: ⁊ vbi incolumitas eſt obedientię: ibi eſt ſana for-
ma doctrinę. Quod ſi quibuſlibet eccleſię gradibus ſolicite,
prouidenterque curandum eſt: quanto magis elaborandum eſt
vt in electione eius, qui ſuper omnes conſtituitur non erretur?
Nam totius familię domini ſtatus ⁊ ordo nutabitur: ſi quod
requiritur, in corpore non inueniatur in capite. Curetis ergo
dignum eccleſię veſtrę domini honorandiſſimi ⁊ pręſtantiſſi-
mi eligere paſtorem: vt cum eo ⁊ hic gratiam, ⁊ in futuro glo-
riam adipiſci mereamini.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

## Duę numerorum Tabellę ex Breuiarij rubricis excerptę.

Ex quarum prima ſtatim videri poteris de qua celebrandum erit Officium, ſi plures eodem die feſtiuitates occurrant: Lectis tamen prius, quę ſint primę, vel ſecundę Claſſis feſtiuitates ⁊ Dominicę, vt inferius patet.

In ſecunda autem, quomodo feſtum pręcedens concurrat in Veſperis cum ſequenti.

## Ex vtriſque Tabellis hoc ordine reperietur, quod quęritur.

¶ Inueniatur antea numerus appoſitus in quadrangulo illo, in quo feſtiuitates de quibus eſt controuerſia ſibi inuicem occurrunt: deinde legatur Verſiculus, iuxta dictum numerum deſcriptus, ⁊ ex eo clariſſime videbit, quicquid agendū fuerit.

¶ Ad maiorem autem prędictorum intelligentiam ſciendum erit, q̄ Quadrangulus in quo feſtiuitates ſibi inuicem dr̄ occurrere, intelligitur ille, ad quem ambę feſtiuitates, de quibus controuerſia eſt, ex eorum locis recto tramite progredientes, perueniunt, ac in eo ſibi inuicem occurrunt: Vt exempli grā, Quadrangulus in quo ſibi inuicem occurrunt duplex primę Claſſis, ⁊ Dominica primę Claſſis, erit qui eſt in Angulo ſuperiori primę Tabellę, in quo ſignatus eſt 1. quia ſi ad eum, tam Duplex, quam Dominica prędicta, ex eorum locis recto tramite pergerent, in eo ſibi inuicem occurrerent: ⁊ Verſiculus iuxta dictum numerum appoſitus erit iſte.

1. Tranſlatio de Primo, ⁊ Officium de Secundo, ideſt Duplex primę Claſſis prędictum tranſferatur. ⁊ Officium fiat de Dominica primę Claſſis prędicta: quia cum in Verſiculis dicitur de primo, ſeu pręcedenti, intelligendum eſt de Feſto in ſuperiori parte Tabellę appoſito, vt Duplex prędictum: cum de Secundo, vel ſequenti, de Feſto in inferiori parte appoſito, vt Dominica prędicta.

| | Simplex. | S. Maria i ſabbato. | Semiduplex. | Duplex. | Patronus Eccleſię. | Dies octauę. | Dies infra octauam. | Dñica per annum. | Dñica ſecundę Claſſis. | Dñica primę Claſſis. |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| Duplex primę Claſſis. | 6 | 6 | 2 | 2 | | 4 | 6 | 4 | 4 | 1 |
| Duplex ſecundę Claſſis. | 4 | 6 | 2 | 2 | | 4 | 6 | 4 | 1 | 1 |
| Duplex. | 4 | 6 | 2 | 8 | 1 | 1 | 4 | 4 | 1 | 1 |
| Patronus Eccleſię. | 6 | 6 | 2 | 2 | 0 | 4 | 6 | 4 | 4 | 1 |
| Dies infra octauam. | 4 | 6 | 3 | 3 | 5 | 5 | 7 | 3 | 3 | 3 |
| Dies octauę. | 4 | 6 | 2 | 2 | 3 | 7 | 4 | 4 | 3 | 3 |
| Semiduplex. | 4 | 6 | 0 | 1 | 1 | 1 | 4 | 1 | 1 | 1 |
| Sancta Maria in Sabbato. | 4 | 0 | 5 | 5 | 5 | 5 | 5 | 0 | 0 | 0 |
| Simplex. | 0 | 3 | 3 | 3 | [illegible] | 2 | 2 | 2 | 2 | 2 |

1 Trãſlatio de pri. officiũ de ſcõo.
2 Officiũ de pri. Trãſlatio de ſcõo.
3 Cõme. de pri. officiũ de ſecundo.
4 Officiũ de pri. Cõme. de ſecundo.
5 Nihil de pri. Officiũ de ſecundo.
6 Officiũ de pri. Nihil de ſecundo.
7 Officium de digniori, Cõmemoratio de minus digno.
8 Officium de digniori, Tranſlatio de minus digno.

¶ De Ferijs Aduentus, Quadrag. Vigiliarum, & Rogationum, fit ſemper officiũ, niſi occurrente in eis feſtum nouẽ lect. quo caſu de ferijs Aduentus, & Quadrageſimę, fit Commemoratio in vtriſque Veſperis, ac in Laudib. de Vigilijs autem, Quattuor temporibus, & Rogationibus, in laudibus tãtum. De alijs ferijs per annum nunquam fit commemoratio, nec de vigilijs occurrentibus in Aduentu, Quadrag. & Quattuor Temporibus, vel occurrente in illis Duplici primę & ſecundę Claſſis, ſeu Patrono Eccleſię.

¶ Cum plures fiunt comme. fiunt hoc ordine. De duplici, de dominica, de die infra octa. de Semid. de feria, & de ſimplici.

¶ Commemorationes autem de Dominica, de Octaua, de feſto Semiduplici, & de Sancta Maria in Sabbato in Veſperis ſextę Ferię, pręcedunt commemorationi ſimplicis ſequentis diei.

Duplicia

## Duplicia prime Claſſis,

In quibus nulla fit cõme. quorumcunqz Feſtorũ occurrentiũ, niſi titulus Eccleſie priuilegio aliter fieri oporteat.

Natiuitas Domini.
Paſcha reſurrect. Cum tribus precedentibus, ⁊ duobus ſequentibus diebus.
Aſcenſio Domini.
Penteco ſte cũ duob. ſeq. dieb.
Corpus Chriſti.
Natiuita. S. Joannis Bapti.
Feſtũ SS. Apoſtolorum Petri ⁊ Pauli.
Aſſumptio B. Marie.
Feſtum oĩum ſanctorum.
Dedicatio proprie Eccleſie.

## Duplicia ſecunde Claſſis.

In quibus de ſimplicib. fit cõmemor. in Laudibus tantum.

Circunciſio Domini.
Dominica in Albis.
Feſtũ ſanctiſſime Trinitatis.
Purificatio. }
Annunciatio. } S. Marie.
Natiuitas. }
Feſta Apoſtolorum.
Feſta Euangeliſtarum.
Feſta S. Laurentij.
Dedica. S. Michaelis Arch.

Dupl. vel ſemid. occurrens in vigil. Nat. dñi, ⁊ penteco. in fer. iiii. Cinerum, ac in tota maiori hebdomada transferatur

## Dominice prime Claſſis.

Que nunquam omittuntur.

Prima Aduẽtꝰ. Prima quadr.
Paſſionis. Palmarum.
Paſche. In Albis.
Pentecoſtes. Trinitatis.

## Dominice ſecunde Claſſis.

Que non omittuntur niſi occurrente Patrono Eccleſie.

Secunda }
Tertia } Aduentus.
Quarta }

Dñice } Septuageſime
 } Sexageſime
 } Quinqgeſime.

Secunda }
Tertia } Quadrageſime
Quarta }

Infra octauas Epiphanie, paſche, ⁊ pentecoſtes, non fit de duplici, vel ſemidup. ſed transfertur.

Infra octauam Corp. Chriſti, ſemiduplex tantum transfertur: ⁊ de ea, quocunque adueniente duplici, fit commemoratio.

Dies octaue nunquam transfertur: ideo quamquam Natiuitas Sancti Joannis Baptiſte occurrens in die Corporis Chriſti, transfertur in ſequentez, non tamen transferatur octaua.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

| | cum Feria. | cum Die octaue. | cum Die infra octauam. | cum Dominica. | cum Sancta Maria i ſabbato. | cum Simplici. | cum Semiduplici. | cum Duplici. | cum Patrono Eccleſie. | cum Duplici prime & ſecunde claſſis. |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| Duplex prime & ſecunde Claſſis. | 3 | 4 | 4 | 4 | 4 | 4 | 4 | 4 | | 6 |
| Patronus Eccleſie. | 3 | 4 | 4 | 4 | 4 | 4 | 4 | 4 | 0 | |
| Duplex. | 3 | 6 | 4 | 4 | 4 | 4 | 4 | 6 | 1 | 1 |
| Semiduplex. | 3 | 2 | 6 | 6 | 4 | 4 | 6 | 2 | 1 | 1 |
| Simplex. | 1 | 1 | 0 | 0 | 5 | 5 | 1 | 1 | 4 | 1 |
| Sancta Maria in Sabbato. | 0 | 0 | 0 | 5 | 6 | 0 | 0 | 1 | 1 | 1 |
| Dominica. | 3 | 2 | 4 | 0 | 0 | 4 | 4 | 2 | 1 | 1 |
| Dies infra octauam. | 0 | 2 | 7 | 6 | 0 | 0 | 0 | 2 | 1 | 1 |
| Dies octaue. | 3 | 6 | 4 | 4 | 4 | 4 | 4 | 6 | 1 | 1 |
| Feria. | 5 | 1 | 0 | 5 | 5 | 5 | 1 | 1 | 1 | 1 |

1 Totum de ſequenti, & nihil de precedenti.
2 Totum de ſequenti, & commemoratio de precedenti.
3 Totum de precedenti, & nihil de ſequenti.
4 Totum de precedenti, & commemoratio de ſequenti.
5 Capitulum de ſequenti, & nihil de precedenti.
6 Capitulum de ſequenti, & commemoratio de precedenti.
7 Totum de digniori, & commemoratio de minus digno.

¶ Sed notandũ, ꝙ de Dominicis Aduentus, & a Septuageſima vſque ad octauam Paſche incluſiue, fit commemo. in ſecundis Veſper. quocunque adueniente feſto in ij. Fer.

¶ Et ꝙ in ij. Veſper. diei octau. Epiph. Paſche, Aſcen. Pentec. & Corp. Chriſti, de ſeq. duplici fit tantum commemo. niſi illud fuerit prime vel ſecunde claſſis, ſeu Patronus Eccleſie: quia tunc de feſto fieret officium, & de octa. commemo.

¶ In quadrangulis aũt illis, in quibus ſibi inuicem occurrũt in vtraqꝫ tabella, Dupl. Prime, & ſecũde Claſſis, & Patronus Eccleſie, nullus appoſitus eſt numerus: vt in eo caſu, qui de raro contingit, recurratur ad rub. Breuiari.